Poetarum
Forojuliensium
Carmina
inedita

287

Carmina

poetarum forojuliensium

inedita.

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

41

CARMINA
POETARUM FOROJULIENSIUM
INEDITA. CODEX AUTOGRAFUS.

ELENCHVS

POËTARVM, QVORVM CARMINA HEIC ADSVNT.

Jo.s Petri Abstemij. pag. 18. t.o

Alexandri Paulini. pag. 16. 19. t.o 34. t.o 38. 45. t.o 55. 99. t.o 115. 120. t.o 138. 148. t.o 152. 156. t.o

Fabij Paulini. pag. 37. 43. 45. 105. 120. 141. 146. t.o

Jo.s Bap.tae Paulini. pag. 37. t.o 53. 149. 154. t.o 158.

Francisci Paulini. pag. 143.

Jo.s Bap.tae Arigonij. pag. 28. t.o 174. t.o

Johannis Melsij J.C. pag. 30.

Herculis Parthenopaei. pag. 32.

Petri Myrthei. pag. 35.

Anonymi. pag. 40. 130. t.o

Francisci Amulij. pag. 41. 96.

Francisci Portij. pag. 41. 135.

— Ruffi. pag. 42.

Raphaëlis Cyllenij. pag. 44.

Bernardini Lucatelli. pag. 99.

Jacobi Fannij. pag. 100.

Jo.s BAPTAE Fannij. pag. 103.

Julij Camilli. pag. 139.

Octavij Menini. pag. 140. t.o

Hieronymi Amalthei. pag. 146.

Flamminij Valerini. pag. 158. t.o

Bartholomaei Torelij. pag. 159.

Casparis Erici. pag. 146. t.o

Hieronymi Sirij. pag. 159. 159. t.o

Jo.s Dominici Salomonij. pag. 159. t.o

Francisci Robortelli. pag. 137. t.o

INDEX

EORVM, QVIBVS CARMINA SVNT INSCRIPTA.

Nicolao de Ponte. pag. 18. 39. 45. t.o
In obitum Petri de Castello. pag. 20.
Francisco Robortello. pag. 20. t.o 138.
Laurentio Malipetro Corneliani Pretori. pag. 21. t.o
Jo.i Francisco Federitio. pag. 23.
Petro Percoto. pag. 24. t.o
Bernardino Parthenio. pag. 25. 125.
Fabio Paulino. pag. 29. t.o 116. 148. t.o 158. t.o 159.
M. Antonio Fidutio. pag. 26.
Alexandro Paulino. pag. 32. 156.
In funere Faustinæ Cucaneæ. pag. 36. 37. t.o
De Irena. pag. 37.
In funere Helenæ Savorgnanæ. pag. 36. t.o
Episcopo Tergestino. pag. 38.
De Federico Savorgnano, & Trojano Arcano. pag. 41.
M. Cornelio Pretori. pag. 43. 44.
Johanni Donato. pag. 45.
Alberto Bologneto Epō &. pag. 46. t.o
Francisco Philomelo. pag. 47. 55.
In obitu Pauli. III. Pont. Max. pag. 48. t.o
In Orationem A. Naugerij. pag. 49.
Abbati Birago. pag. 53.
Jo.i Baptæ Rigonio. pag. 60. 114. t.o
In poëma Barnabæ Prampergij. pag. 74. t.o
In Elicem Fontem. pag. 75. 77. t.o
De Vita Ludimagistri. pag. 76.
Epitaphium Tib. Deciani. pag. 77. t.o
Epithalamia. pag. 27. 78. 105.
De laudibus Patriæ F. J. pag. 82.
Pētro Antonio Theologo. pag. 88. t.o
Jo.i Baptæ Paulino. pag. 89.
Falcofoenicum Origo. pag. 92.
Cornelio Frangipani. pag. 95.

De Ex. Boëtio J. C. pag. 95. t.º
De Filia Ex. Susanij. pag. 95. t.º
Jacobo Campegio. pag. pag. 115.
In funere Regulini. pag. 119. t.º 126. t.º
Alexandro Paulino. pag. 120. 137.
D. Fausto. pag. 120. t.º
In adventu Mariæ Caroli. V. filiæ. pag. 121.
De Veneta Urbe. pag. 124.
Aldo Manutio. pag. 125.
Jacobo Critonio. pag. 125. t.º 126. t.º 157. t.º
Principi Veneto. pag. 126.
In Papium. pag. 127.
Michaëli Turriano Card.li pag. 128. 140. t.º 150. t.º
Nicolao Cyllenio. pag. 128. t.º
De Freschis Cucaneis. pag. 136.
Petro Bembo. pag. 139.
In obitu Fran.ci Venerei P. V. pag. 141. t.º
A. Riccobono. pag. 142.
Laurentio Massa. pag. 146. t.º
De Morte Megalutij. pag. 147. t.º
Ascanio Boreato. pag. 150.
Venditionis Forma. pag. 152.
Ant.º Marchesio. pag. 156. t.º
Eustachio Rudo. pag. 159.
Hier.º Sinio. pag. 159. t.º
Jo.s Dominico Salomonio. pag. 159. t.º

Canzone

Veneggia bella, che del mar Regina,
Inclita, e generosa
Fatta sei, d'un vil, humil altro nido,
E di canai palustri si gloriosa
che'l mondo a te s'inchina,
che per te non è del suo piu bel nido,
se di te parlo et scrivo,
Non disdegnar il mio quantunqu humile
Et basso raggionar se sei cortese
Lo fo perche'l paese
Onde tu prima l'origine non vile
Ne da genti servile
Ma da Illustri et bei ceppi
Traheste gia, m'ancor pro dieste in vita.

De Neapolitanis In arma
Ruentibus contra pro Regem

Quis furor, o, cives? que vos dementia cepit.
Quo ruitis? istis quid vos paratis [illegible]?

Galle quid insanis? quid contra numina pugnas?
Quid tentas Aquilam lædere Galle ferox?
Desine Galle istuc, meq; auscultato monentem,
Ne propriam demens quærito pernitiem,
Nam (tibi prædico vates) si temnere pergis,
Et dominā irritas sollicitare tuam.
Ipsa tibi (prædico inquā) alto e vertice vulsā
Eripiet Cristam, deiicietq; solo.
Ipsa tibi extractas toto de corpore plumas,
Et caudā, atq; alas auferet unguē potens.
Eximet, et sæua illa tibi calcaria, multos
Queis graviter vexans pungere Galle soles.
Ipsa etiam excectos tollet misero tibi testes
Proq; fero Gallo tu mihi capus eris.
Quin prævocaro, haud parcens tibi guttur voce
Sic premet, ut nulli deinde molesta fiet.
Denique et antiquum, tua quæ fiducia nidum,
Diripiens, prorsum in frusta minuta dabit.
Et tandem toto discerpto corpore totum
Te lacerū indignans præcipitabit humi.
Atq; ita qui dudum petulans, ingenti tumultu
Omnia turbabas omnia concutiens.
Tunc miser, haud aliud quicquā nisi vile cadaver
Et vulgo tantū fabula nullus eris.
Et tu præmonui. Galle insensate futuri
Exitij, soleo dicere vera canū.

Pasquillus Romanus In nouos Mamaluchos Turchogallos.

1

Ante hac christaton sancto si nomine Gallus
Iactabat, multa, religione pius.
At nunc tartareis coniunctus foedere Turcis
Non est christatos sed bene turcatos.

2

Dum christum coleret syncero pectore Gallus
Inter christicolas maximus unus erat.
At christum abiurgans dum ad Turcia vertitur arma
Nunc Mamaluchorum maximus unus erit.

3

Gallorum princeps Rex dicier ante solebat
Cum illi pro magno numine christus erat.
Nunc christo abiecto, cum ad Turcam despicit, illo
Iure vocet bassam Turca superbe tuum.
Nunc igitur nullum iactes tibi Gallia regem
Pro rege immanem gallia, bassan habes.

4

Liligor est Gallus, et Turca es Luniger ambo
Viri estis, voti estis uniusque pares.
Ambo hostes estis Christi, ambo ergo estis nefando
Impiae amicitiae foedere Lunigeri.

5

Lilia fert Gallus, fert Turca insignia Lunas
Et Turcam et Gallum continet una fides.
Gallia iam in Scithicas vertuntur Lilia Lunas
Conveniunt unis unica signa animis.

Æthnicus ut fueras, primum tibi Galle ferebas
Bufonum in clipeo corpora trina tuo.
Vt uero dominum cepisti agnoscere Christum
Accipis (ut perhibent) lilia trina polo.
Porro et iam aduersus tentas bella impia Christum
Cum Turcis, Christum perfide Galle negas.
Iam tibi in turpes uertatur lilia nirgum
Buffones: pudeat te impie Galle tui.

·7·

Cum te Turca uocet Galle infidissimum fratrem,
Tuque illum fratrem perdite Galle uocas.
Cur sanctum Christi tu audes praetexere nomen
Cur gestas Christi, Galle superbe, crucem.
Abijce Galle crucem, pro qua tibi sumito Lunas,
Sumito Buffones, Turcica signa tuos.
Pro Christo posthac tibi sit Mahometus in ore
Nil tibi cum Christo, quem impie Galle negas.

·8·

Gallia fides antehac fuit irreprehensibilis, at nunc
Nil est futilius, perfidiusque nihil.
Nil iam praeclaram firmo nisi pectore Gallus
Et fraudem et turpi proditione facit.
Turca cum Gallo, est cum greca, punica lampida
Quatuor haec (aeternum dedecus) una fides.

·9·

Tale chimera malum non spirat, iudice Christo
Non ut mare boum grex ferus ignivomi.
Tota etiam Lemnos, Nec foedis vestibus harpie
Aut philoctetis vulnera dira pedis.
Impie quot vincis monstris o Galle chimeras
Raptores, tauros, lemniadas volucres.

10

Pingere difficile est animum; depingere corpus
Hoc facile est, in te sunt tamen ambo secus.
Nam pravos animi mores natura revelans
Fecit ut emineant undique perspicui.
Sed fidei portenta tuae, fallacia verba
Quis pingat Galle? haec cernere nemo velit;

In fontem Lazzachi In urbem Vtinen
Deductum anno 1543 D. Nic.o De Ponte, Preside,

Huius Nympha loci, seu per nemora ista vagaris,
Sive hic sub blando gurgite omerosa iaces.
Hunc haedum Coridon tibi raptum de grege mactat
Atque pio gelidas sanguine tingit aquas.
Ut mox Lazzachi princeps de colle voluta
Per medium densi delitias populi.

Ad idem

Preside sub Ponte hunc fontem duximus, hauri
Hospes aquam, et Pontem devenerare satur.

Aliud * latianis

Pontius hunc fontem * duxit ab antris
Preces, et hic statuit nobiliore loco.

Aliud

Arcem auxit fontem traxit Pons Praeses in Vrbem
Forma illam ut iustis legibus instituas.

Aliud

Arx sublime animum, purus fons indicat esse
In puro puram pectore iustitiam.

Abstemij

Tacete nimium graues poetae
Tam durum strepitant, et infacetum
Vestri murmura carminis periculum
Vt sit ne fugiat uocata Nais.

Aliud

Certatim, canite, hunnij, poetae,
Tam blandum resonant et facetum
Vestra carmina, gestiens sequatur
Vt uos per latebras Nais.

Aliud Ad Pontem Praesidem

Qualis Threicia quondam testudine vates
Dicitur Immites perdomuisse feras.
Qualis et Amphion conuulsas montibus ornos
Traxit et arguto grandia saxa sono.
Talem, haec, te, regio nunc maiora gerentem
Vidit obelisco Pontice digne sacro.
Dum fons Vrbem intrat dum mersa paludibus ultro
Erigitur Moles, surgit et arcis opus.

Aliud

Arcis opus, fontisq. novi mirabile saxum
Maxima sunt animi Pons monumenta tui.

Aliud

Nominis est facit ~~te~~ littera ~~prima~~ potentem, Pons
Optimum at altera, ~~te tertia~~ nobilitat
Ultima quod sapias signat vox aspera sorte
Teq. tui similem syllaba sola virum.

Catena distichorum similiter desinentium, et incipientium In eodem sensu.

1
Arcis opus, fontisq. novi mirabile saxum
Maxima sunt animi pons monumenta tui.

2
Sunt monumenta tui non ultima fornice saxum, arx,
Fonsq. per occultas ductus ab arte vias.

3
Ductus ab arte vias fons hic per inexcogitatas
Arx moles laus sunt Pontice summa tibi.

4
Pontice summa tibi laus est et gloria, tracta
Moles, ductus fons arx operosa manu.

5
Arx operosa manu deductus fontis in urbem,
Et moles tibi Pons nomen in astra ferent.

6
Nomen in astra ferent tibi pons arx pontica moles
Pontica, fons puris pontius auctus aquis.

Ad Pontem praesidem

Sit non alio tua Pontia fama uocaret
At regens populos hac regione Dei.
Tilcauteis olim intra moenia laeti
Aut hidrae placidis ablueremur aquis.
Tanta tuis dono Caelesti gratia cepit,
Influit, arx testis, fonsque subirriguus.

Al. P. de speculi inuentione.

Humanae hic species uitae sub imagine uera,
Veraque miranti redditur effigies.
Non quia mentito mulier fucata colore
Decipiat sensus insidiata uiri.
Deleat aut rugas, seu tollat uertice canos,
Splendeat, aut positis in statione comis.
Non quia uir molli redimitus tempora Nardo
Molliat ornatu pectora foemineo.
Inuentum hoc natura dedit, sed cernere uera,
Quilibet ipse sui possit ut effigiem.

Nymphae

Nomine dignatico, genitoribus orta beatis
Moribus ingenio, et sorte beata tua
Consortem simile, falturoque prole beatum
Quancunque ornans prole beata domum.
Non alio proprius potuisses Nympha uocari
Nomine quam quod habes, Nomine dignatico.

precer In coniugio

Omnipotens Genitor naturę trinus et idem
Unus, et in solo trinus et unus idem
Principio, finęq; carens qui hęc omnia per alta
Dirigens, immobilisq; ordine cuncta moves.
Si tibi quę condita solium mortali gerenti
Extat adhuc populi maxima cura tui.
Huc ades, et magnus presens allaberis cęlis
Omniaq; hęc dono numinis exple tui.
Da pater hoc multos felix prosperum per annos
Coniugiū, et semper mutuus adsit amor.

In obitu Nob. D. Petri de Castello
De Tarcento

Debita pro meritis si dantur premia Cęlo
Excelsum dederunt huic benefacta gradum.
Iustitia, et pietate, fideq; Insignis et alto
Consilio, similem progenuit sobolem.

In idem Inversa

Progenuit sobolem similem sibi, consilioq;
Et pietate, fide, et iustitia eniguit.
Unde gradu summo Cœlo hunc benefacta locarūt
Ni dat pro meritis premia digna Deus.

FINIS

ALEXANDRI·PAVLINI
CARMINVM·LIBER·II·

A BO
AD FRNCISCVM RORTELLVM·
VIRVM·DISERTISSIMVM·

EX Abitu quarta celer huc est luce reversus
Ad sextam, et, schedulas Rhedarius attulit isthinc,
Queis dabitur paucis, responsum, idque ordine primum
Omnia purgavi Phaedro, protinus illi
Ut decet ingenium, et clara de stirpe creatum,
Sit licet et tenui victu, nec splendeat usu.
Egregio tamen, hoc animo, quo longius esset
Gratius hoc nobis, inquit fore an ne putabas?
Parvi pluris equum pretij, quam commoda tanti
Tam veni de musis meritis, et nostrati iuvencla
Me fecisse? vivi? pereat vel quicquid equorum
Est usquam potius, sed contra sutor, ut illis,
Sordidus est animus qui tractant vilia, primo
Saevire, inflari, tragicas extollere voces
In ius velle vocare, satis vix omne videri
Quod pretium secum isthinc auriga ipse tulisset,
Mox ubi lenita est blando et deferbuit ira
Alloquio, (nam ad me clamatum venit uterque
Arbitrum ut) hic factus de saevo mitior ultro
Rursus equum ut bonus obtulit, ac redeuntibus isthinc

Omnia pollicitus, quę magno parum amico,
Seq; potestati summisit ad omnia nostrę,
Et qua iusisti contentus stipe recessit,
Sic tibi devincti quas tu debere putaras
Denique convenit, quos tu salvere iubebas,
Ambo non grates modo, sed tibi mox salutem,
Alter discessu mœret, quod partius sequo,
Sit de te meritus, contra laetatur et alter.
Scilicet expectans reditum faelicibus auris,
Obsecrat interea, is, teq; obtestatur, ut Isthinc
Noscit enim quam tu valeas isthic, et ubiq;
Se, qualem expertum, concedes: gratia falso
Summa rependetur patriam ut devinxeris Urbem:
Crede etiam id nobis hunc quo vis munere dignum
Candidum amicum, sincerum, fidumq;, bonumq;,
Tu melius quam sit doctus scis, quamq; peritus.
Scribere quę libeat nova nulla hic, pręter id unum
Libra quod ęstivas perdens in virginis ora,
Scorpium ut effugiat nunc demum retulit horam;
Decocto hinc fervens ardet vindemia musto,
Tu quid agas isthic est nobis optime curę,
Quandoquidem, et tu curas nostra minoris amici
Doctrina et censu, at non inferioris amore,
Nam modo in aspectu patrię capiant teneamur,
Tu modo in ęternum remonetur gratia amicum,

Villaue, seu saltus, et amœni copia uini:
Quod si fit tantæ quis digne pondera molis
Sustineat? puberni quis totius insinuat orbis?
Da ueniam, qui fidio animo tibi consulit, et si
Pleno corde sapis per te, et tibi consulis ipse,
Protinus Eugareas sedes Atenoris urbem
Haud lento repetas cursu; fac meta uiarum
Et portus, requies q; tuæ sint illa senectæ
Nec genus exilij dicas me iudice, regum,
Sanctius ut regnent meliores redderi mentes
Promere conuiues, et posteritatis in usus
Abdita, et illustri uersari in luce uirorum:
Gentibus unde tuum uigeat per secula nomen,
Ad superos tibi sunt premia parta laborum.

Claris.^mo Laurentio Malipetro Conoglani Prætori,
ac magistratibus urbis, et cons.^co

VT me supplicibus mandare petita libellis,
Consiliumq; meum iusti clarissime Præses,
Illustris referens plusquam regale senatus
Malipetre decus Venetum, pauere subinde
Constitui, et grauibus curis, morboq; recenti
Vix licet ingenij ualeant subsistere uires,
Propositum tamen oblatum ratione, modoq;

Submixum, ut potero, ostendam indè abiecta refellam,
Criminaq; exuam me ficto liber ab omni:
Ut liceat recta tibi singula pendere lance,
Communemq; usum, et communia comodaturus,
Nostraq; consilijq; huius Cogiensis et Urbis,
Non tamen idcirco pres liber nexibus esto,
Stetur promissis, et publica scripta probentur.
Nostra putans igitur mentis collectus in arcem,
Elapsi repetens animo, cursumq; futuri
Temporis annectens presenti rectius hinc nos
Cedere conveci, quam velle extrema manere;
Dum paulu quiddam, quod damna resarciat una, et
Temporis amissi iactura, detur egenti
Pre manibus; quod iam numerosa prole gravatum,
Æreq; grandi alieno oppressum, ut nomina pavet,
Sublevet: extrema ne perditus ipse ruina
Invitus patrios doleam liquisse penates
Pollicitis, florens, studijs, ætate, lucello;
Quod tamen in populi hic communia commoda cedat,
Quandoquidem nostram consumit abusus opellam,
Iudicij culpa, vulgiq; errore vagantis;
Nam si dimidio mercedis publica nunc res
Exoneretur, erit tanto locupletior ipsa,
Quod tamen exemplo, et ratione probabile factu est.

Quod uero obijcitur non uen. muneri nostro,
Offitio q; docendi non potuisse, uel ægre,
Non fecisse satis, paries, et scrinia testes,
Quodq; prius docui celebres testentur alumni
Qui et Patavii sedes, patriosq; celebrantq; penates,
Si quos hic alii pudeat modo uera fateri.
Gnatis parco meis, en scripta uel carmina nobis,
Publica durantis Castri testantur, in Umbris,
Nos quibus grauiter reuocant, operamq; reposcunt
Quintus ab undecimo, ut legen. est, nunc uoluitur annus,
Quid? cum accersent me hic nomini publico, et aer,
Non prius docti quali nos dogmate? quali,
Nos methodo utamur? quin singula queq; probarunt
Venimus, ut, quę ergo uoces? quę uerba seruntur?
Quod si qui strepitus puerum clamorum furentum
Interdum auditi retinet dum prandia fessum,
Consulto id factum est ab iniqua mente malignis,
Quo uobis odium pariant, nostri, inuidiamq;
Litteratorum min. genus omne per quis,
Sed quid? Deprehensi num soluunt illico pœnas?
Certatim insidias moliuntur, ut urbe repellar?
Vt si furatum nummos, fiscumq; uenissem,
Non accersitus, patria ui deniq; raptus,
Nec tulerim æstiuum semper, pondusq; dierum,
Tanta sitis Nummi uexat mortalia corda.
Quod gnati offitium dicunt, operamq; negatam,

Ille quidem non est spatio hanc maior biennii
Pollicitus, fecit quod se promiserat esse
Facturum, post hunc itidem alter munus obiuit,
Quanquā pro numero discentū nullius unquā
Auxilio indigui, bis quadraginta docere
Assuetus nullo mihi opem præbente labori.
Quin ego si sit opus spopondi accersere, qui me
Sublevet, exiguo numero, tamen omnibus horis,
Ædibus impectis, quod ad illas attinet, ipse
Insignis Prætor ne simus mone molesti
Pugnantis turbæ de lana sæpe caprina.
Iudicium que feras, statuas que silentia nobis,
Quas ex morbosis, ubi publica cura salubres
Reddidit, præsto, noctesque, diesque futurus
Sedulus accedam. malint si oblata tenere,
Quæ precor inspitias recte clarissime præses,
Vosque magistratus urbis iustissima cura,
Membra consilij vos imploramus amice
Vt comune bonū sic procuretis, ut hinc nos
Ne pigeat nostram, et sobolis traxisse ruinam,
Publica cum ex nostris quoque cōmoda vestra redudet.

M. D LXIIII. Kl. Novembris.

AD Io. Franciscū Federitium.

Fœderice fori lepor, et sal, delitiumque
Qui teneș haud humile ex meritis a foedere nomen,
Presidiumque reis, decus, et solamen amicūm,
Cuius et in fratrem pietas, carosque parentes,

Ac patriam spectata satis post funera sera
Æthream insigni spondet cum nomine uitam,
Inuideas nobis, (etenim sunt omnia cordi
Pulchra, et rara tibi) si noris qualia quanta, et
Quot numero, nostris una sint auribus hora
Exausta ingenti uerborum pondere, dum nos,
Nudius hinc quartus, cum tu inuitatus eodem
Quam parthas dixti turdos te prehendere malle,
Definiit logicis interpres uocibus artis,
Quę methodumque, modumque alijs praescribit habendis,
Effectus proprios narrans, et singula quęque
Quę sunt huius operis, causas primordia metas
Nam primum logices metam, finemque, scopumque
Syllogismum esse asseruit, quo tendit et artis
Omnis dirrigitur sermonum, uisque, potestasque
Esseque connexis quiddam rationibus unum
Proproposito constans, medioque et fine retorto,
Partibus hunc geminis constare, estantia nomen
Huic possuisse, at obtingentia parte secunda,
In uocesque decem hanc, quę praedicamina recto,
Res uniuersas, signates ordine, partim
Proposita in partim, diuisam rursus et illam
In uarias, alium nam simplicis esse figurę
Demostratiuę hunc, dialectica nomen at illi
Imposuisse, sophistica* falcaque dici * cętera
Non magis utendi quam causa reijciendi
Sermonum ambages, et inextricabile pondus,

Discenda, ut medicum, ut curet tractare uenena,
Has species uarijs tractatas ordine probe
Esse uoluminibus, diuersaq; nomina libris
Indita pro rebus, de uocibus esse, decemq;
Verbis praedicamentorum grande uolumen,
Demonstratiuum e specie manasse priorum,
Posteriorum autem dialectica composuisse,
Ast Elenchorum falsis constare libellum,
Hunc demum logices finem detexit, et usum,
Architecti exemplo illustrans singula quęque;
Disserat, ambiguos dissoluat ordine nodos,
Distinguat multo, nec non diffiniat usu,
Vtq; et operta illustret, et omnia diuidat apte
Iudicet, et cunctis seriem det deniq; rebus.
Multaq; praeterea, numero comprehendere quę mi
Nec licuit, nec si conducant scribere lasso.
Pondere curarum uacet, hęc, tibi particula uisa est,
Ut scires nobis nil prorsus te sine gratum
Velleq; communis patrię communia tecum
Hęc et honesta et utilia, respectu fore nobis;
Quid dicam quod amas nos, tutarisq; benignus
Absentem, quid amicos, quid numerem ue propinquos
Communes nobis? quo mi carissime circa
Te obsecro, et obtestor, paululum oneribus istis
Subducasq; fore curaturus te tibi nugis
Dum refoues lassas praebens his uocibus aures
Quę iucunda simul fuerint, et idonea uita
Quid pudet? ignoras me senes didicisse Catonem,
Cumq; Platonem illum, qui sero accessit reprehensus

Expediam tanto citius respondit ab his me
Vive diu fœlix patriæ communis amice. M.D.LIX Utinæ

AD PETRUM PECOTTUM

Gratulor ex animo septem percotte uiratum
Virtutis studio, et fama te nuper adeptum
Sed tamen Atiliæ (fateor) mage gratulor urbi
Quæ tanti sortita uiri moderamen habebit
Publica suscipiat qui sponte negotia curet,
Confitiatque sua sibi quæ sapientia rara
Munere largita est superum, nec me dari credas
Auribus ista tuis, nam talem te esse fatetur
Fortunata domus, quæ quantum sapienter adaucta
Structa sit excelso, qui cernitur omnibus usque
Quaque loco, haud dubium est ulli, fœlicibus ergo
Auspitijs frenum capies, atque urbis habenas
Præditus insigni Salomon uirtute beatum
Qua tulit imperium, laudemque decusque parauit
Æternum, meruitque patris diademate cingi;
Nec uereor quin sis cunctorum uocibus unus
Qui satis, et summis facias, minimisque perosus,
Iniusti nomen; decus unde, et gloria genti
Posteritatis erit; nam iam manifesta sereno
Signa polo cernis passim fœlicia dona
Spondet et Bacchi spumantia pocula late,
Quaque prius nostris Nemesis decesserat agris
Iam redit; Ellato contra Bellona flagello
Digrediens Mauro tristatur pro sede Ceno
Te placida moderante simul uirtute iunctam,
Quam ego uirgineos cantus Helicone relicto,

Huc migraturos Phoebo comitate putarim,
Omniaq; impletum numeris, et cantibus in-
Aureus unde foret tuus hic modo maximus annus.
At magis ex animo quod adhuc tibi gratulor illud
Iam reliquum est, quod natam, cui dedit alma beatę
Ferre suum et matris nomen lucina, locastis
Digne cui placitum Juueni de gente manna,
Stemate praeclaro censu uirtute beato.
Cui manibus iunctę puero riser sorores
Dona deder simul, colloq; monile decoru,
Auratumq; ensem, et calcaria maxima quondam
Nomen cartago memorabile stirpe nepotes
Ex quorum uideas, qui te uirtute pioq;
Nomine Iam, referrant solamen dulce senectae.
Blandula balbutiens quos tu mediter docendo
Verba leuans animo curarum pondera fesso,
Mox adolescentes suo lętatus tempore demum
Optato uideas fructus iuuenilibus annis,
Aeterno patri perfunctus muneris omni
Iam genere eximio persoluas pectore grates.

AD·BERNARDINVM·PARTENIVM

PARTENI uatum decus, et noua gloria nostri
Temporis, ac Venetę moderator docte iuuenta
Qui artibus ingenuis, et lingua excultus utraq;
Cuncta per ora uirum uolitans super aethera tendis
Iam Fabius nostris his tandem redditus oris,
Aegrotę Fabius, uisum coelestę parenti
Numen, ut adueheret cura, morboq; leuaret,
Forte suo, quem non medicorum turba ne artis

Inventor medicæ valuisset pellere Phœbus
Tantus amor nati maternum pectus alebat
O gratum adventum, tulerit qui tot bona secum;
At mihi sollicita discussis mente tenebris
Nubila cesserunt animo, et cito reddita spes est,
Hunc simul adverti duce te, qua, quantaq; adeptus
Helluo graiorum linguæ videmeta vorando;
Unde tibi à nobis debetur gratia plusquam
Maxima; et optamus cumulatam posse referre,
Quamquam nulla potest mentis par talibus esse
Gratia (ut aiunt) vel si plena refertur habendo,
Reddita nobis iam, at non desistemus haben
Perpetuo, vel post cineres et fata suprema
Hic tibi quicquid erit patriis sive hæserit oris,
Seu Roma exceptum satiis addixerit illum
Forte ministeriis, Veneta seu vixerit urbe,
Qua libet ingenua versatus liber in arte,
Acceptum referat semper, iubeoq; voloq;
Autoremq; suum celebret super omnia, teq;
observetq; colatq; et amet, veneretur adoret
Si modo fas sibi te implorans ut numen amicum.
At tu docte cave per musas, et sacra Phœbi
Numina ne tibi me dare credas auribus ista;
Omnia quæ ex animo manarunt prompta benigno
Fœderis æternum quæ sint monumenta perennis;

AD FABIUM PAUL. FILIUM

Mitto tibi in strenam venetum de more parentum
Qui viget, et colitur nostro quoq; tempore versus
Quos olim de me merito bene gratus amico,
Hospitiiq; memor, scripsi quo sumere possis

Exemplum tibi scribendi quę archana doceni
Intima naturę, doctus Lucretius olim
Hęc quoq; diserta descripsi Carmine qua tu,
Si uacat exoptem relegas, placitura q; tibi q;
Ni [illegible] uis ingenij uiuax, desitaq; uoluntas
Allatura parem scribendi Carminis usum.
Insuper hac, omnē terrarū mittimus orbem
Depictum tabula, ut si forte Cupidine captus
Orbis uisendi regiones tutius intra
Perfitias Thalamum dux Mela; clarius isto
Nullum historię lumen, quod splendet ubiq;
Æque oratorum monumentis atq; poetis.
Hunc tandem librum, doctiq; uolumina Porci
Mittimus; ut fortuna tibi, si arriserit olim
Artibus ingenuis incumbas omnibus ipsū
Doctrinarum orbem absoluens ter; atq; rotundus
Mox adeas sanctā nobis comitantibus Urbem,
Digna bene exactę capturus pręmia uitę,
Si te forte uocent illuc tua fata, uel ipse
Urbe Antenorea studijs, pręmijsq; fruendę,
Tunc ego letitia perfundam pectora uerę,
Et mihi cęlestium uitā sim uisus adeptus
Si Altenibi, aut Patauij, aut colligat uiuere Romę,
Et tenebris ortus unicam splendorē uirorum.

AD MARCVM ANTONIVM FIDVCIVM

Inclyta magnanimi scribarum gloria cętus
Compater Veneti decus et pia cura Senatus,
Ciuius sancta tuo decretaq; gestaq; scripto
Eripis interitu, sęclis memoranda futuris:

Cum mihi, non liceat per dura negotia curam
Hanc gregis assiduam commissi tendere ad urbem,
Mordacesque animo, si sint, expellere curas
Dulcibus alloquijs, nec mentis gaudia coram
Impartire tibi: statui mea nota Camenis
Demandare, modis, ut tu exarata legendo,
Afficiatque magis, maioraque gaudia nobis,
Cura minorque bonos, ut fit, cum affamur amicos:
Quam mihi das veniam, semper, veterisque dedisti
Iure sodalicij, primis quod floruit annis,
Ergo libet paucis rationem reddere uitæ,
Quæ procul a patria uarijs agitata procellis,
Denique ut in portu natali sede quiescit
Ut Grateris amiculo, ubi omnia libera nonis,
Et lætere tua nostris meliori, secunda
Quæ fortuna tibi; nam nos grauiora ferendo
Securam, atque hilarem tranquilla per otia uitam
Degimus, et uarijs iactati fluctibus æstus
Nec formidamus, rapidis nec mergimus undis:
Viuitur, et proprio sic nos iuuat esse libenter
In regno, ut melius nusquam, nec lautius unquam;
Nam mihi liberius uiuendi, tuta potestas,
Curandique gregis datur hic; quem nulla reclusum,
Saltibus irriguis hortis, pratis et amœnis
Vicini peiores contagia lædere possint.
Denique auaritia, misera ambitione, nec ulla

Vexamur simili, quin mens sit libera, peste,
Sic labor hicce iuuat, sic me, quo fungor amici
Cura ministerij, et nunquā non uersor in illo,
Non superest rerum, nec desit copia nobis,
Plurima quæ uitæ mortalis postulat usus,
Non uires animi cupio, nō corporis ullas,
Si facit hoc ad rem, et conducens forte uidetur,
Pacem cuncta domi retinet discordia nulla,
Nullaq; cum quoquam contentio causa ue litis,
Quid quæris? regem me putas magis esse beatū?
Quid? rides? curo quæ sunt curanda, nec ullum
Tempus abire sino nostri sine muneris usu,
Nil ego Fortunæ permitto cetera diuis.
Lusus in excortu, quæ sunt effusa repente
Surgimus ad solitum mane hoc, dum forte laborem
Carmina nō dum ulla nobis descripta papiro
Consule amice boni aut si insint errata, resarci.

M·D·LXXVI·

NOBIL· CASSANDRÆ ARCH·ET·FRA.

Quadriuij Epithalamium.

Venit læta dies, cupidos quæ iungit amantes
Iam licet effractis conuulso cardine claustris,
Inuia, quæ fuerant patefactis, gaudia mille
Mille dari sponsis, amplexus, oscula mille
Eia age magnanimum soboles generosa parentū
Indole uirtutum insigni, et probitate renidens

Cui non dum tenera roseas lanugine vestit
Prima iuventa genas, Quadrivii surge, faciemq;
Sponsę lumen adi, quę te pulcherrima qualis
Flos novus, et fragrans quem ros enutrit, adire
Iam dudum exoptat cœtu comitata verendo
Ut tibi fœlici iungatur numine Divum
Corporis, atq; animi connexu, sitis ut unum
Altero in alterius converso membra, animumq;
Forma vides, pares fortuna, moribus annis,
Heroum unde genus, sobolesq; simillima vobis
Exurgat pater, atq; nova iam prole subinde
Aspicias terna primos, a stirpe nepotes,
O quam læta dies, qua cupidos surgit amator,
Unaque quę duplices animas et corpora miscet,
Ulla ne iam toto splendet fœlicius anno?
Ergo quandoquidem illa tui pars maxima, primum
Ne vereare tuę tenerum decerpere florem
Quod simul, inq; vicem vestri pepigere parentes,
Quod pater omnipotens Cœlo, quod sydera cursu,
Quod sanxere sacrę leges, humanaq; iura
Cassandra tibi danti parat ratione respondens
Accipe quo vobis permutua nexa voluntas
Ut novus accessit cui vix dum cura minister
Accipiter, cum ne levem, trepidamve columbam
Jamve cornu, rostroq; valens, atq; ungibus uncis
Cum ferit, illato, ut manet de vulnere sanguis,

Aduerritq; celer prędam, quo regulus alto
Æthere suspitiens, uocat, omnibus inde benigne
Excipitur uotis, laudant mirantur et omnes,
Vt bonus eximia censetur stirpe catellus
Qui uix dum exactis bis ternis mensibus olim,
Seu capream sylvis agitat, seu montibus aprum,
Velocem aut campo leporem, cursuq; fatigans
Mordicus appressum sine cęde, et uulnere letali
Expectanti affert domino laudatur et illi
Cum domino applaudunt comites mirantur, et omnes
Sic expers Veneris, primisq; Tyrunculus annis
Quę patrius timor, et reuerentia fida magistri
Quę tutela suis dignum maioribus auxit
Cum insignem aggreditur primęuo flore puellam,
Traduxitq; domum regalia tecta parentem,
Moxq; grauem ualidus generoso semine reddit
Matribus atq; uiris, iucundus, et inde puellis,
Cunctaq; ora uolat, laudant mirantur, et omnes
Tu quoq; amazonio uirgo dignissima cętu
Excipere iucunda uenis eadem fronte maritu,
Cui mater frater, cui iunxit auunculus illi
Nec aduersę tuę, cui uirginitatis honorem
Fœdere perpetuo digne, uitaq; dicamt
Imo agite unà ambo consurgite prelia mite

Virgineũ properat ambo decerpere florem
Alter ab alterius sibi sacro stirpe recisum,
Muneris assiduo dulcem exercere uicissim
Muneris assidui et dulces dant pignora natos
Effluet illa dies, Cupidos, quæ jungit amantes
Mista et innuptis confunderet gaudia ꝯ nõ fas.

super classe Veneta Jo. Baptistæ Angonej

Vos o, uos quibus Aonio de uertice Musæ
Serta ferunt gemmis, auroq; intexta perenni,
Et cultu dant ore æuum clarescere in omne
Vos o uos certe soluentem e littore classem
Jnuictam Venetũm classem, caput ardua cœlo
Jngeriga moles, altis et turribus æquat
Heroasq; uehit, quos nunquam antea alta Vetustas
Juncta acie immensos uidit per cum fluctus
Dicite et egregij deducite carmen ad aures
Principis, Adriacam placido qui temperat Vrbem
Imperio, populisq; refert Saturnia secla
Ecce imo Pelagi, e, gremio procul ire ꝑ altum
Velivola, ut properet, remisq;, et concita Velis
Carpathij ~~Ægeiq;~~ gemunt uasta æquora Ponti,
Hospita tot nunquam ratis uasta æquora proris,
En rauci canor ingeminans iam martius æris,

Dum pavida attonitus trepidat formidine Triton,
Horrida bella sonat, gallisq, Italisq virum vis
Conceptis premit insurgens, idem ardor in hostes
Omnibus est, eademq omnes cura urit eundi:
Quisq moram increpitat, rapidasq generare undas,
Et celeri cursu praevertere cogitat alnos
Qui fremitus, qui nam auditur tremor, ecce repente
Horrendumq fremit Pelagus, Coelumq coruscat
Aether tremit fulgens, et magni moenia mundi
Dissiliunt divulsa aeri, et turbine crebro
Ignivomis conclusa viis, expressaq vasto
Cum tonitru, et praeterniceps iaculata fragore
Plumbea glans, missiq ignes nigrantibus alis,
Sanguineiq enses, vibrataq comminus arma,
Adversam en stermit classem, percussa dehiscit
Et prostrata ruit, puppis, per, vela carinae
Antennae, maliq cadit moribunda tremensq
Barbara gens in vulnus iners messoribus aestu
Horrescens veluti dorso cadit agmine crista;
Ecce super volitans celeri victoria penna
Iam stabili cursum sistit pede Diva superbo
Et Venetum, ex altis prospectat puppibus undas
Sanguine conspersas, Tracum, classemq videns
Iam video, auspitijs video iam numina vestris

Cyproque, et Salamina aciem uertere impetu in hostem
Senserat ante truci quae ferro, atque igne furentem,
Praecipitemque cateruatim fuga in aequora turba
Mergier obrutaque immanis frigore lethi
Torpentem, et Pelago positum pabula monstris.
Parua loquor, nam Christicolum sacra signa secuti
Lustralique unda abluere, et mersare salubri
Fonte caput, populos certo longo ordine multos,
Quique Alphea, Acheloumque, Ilissique fluenta
Ismenumque amnes, tuaque Inache flumina potant,
Eurotaeque, Hypanisque, et dum Strimonis undas
Te quoque clara Rhodos, et sanguine nota recepto
Urbs Solymum, multas acies et longa ~~triumphi~~
Agmina semitabem uideo laetumque canentem
Paeana in uicto Diuumque hominumque parenti
Quinte, et te Maure, et te magni accola Nili
Barbariem exuere, atque iras animasque rebelles
Conspicor, et nostris optantes te addere signis
Vosque orbis gente alterius Garamantes et Indi,
Quique noti, Boreaeque domos, Zephyrique tenetis
Incoliti, uosque Antipodes, uel si qua reposto
Orbe iacet nostris uixdum nota auribus ora,
Vos o uos quibus Aonio de uertice Musae

Serta ferunt gemmis, auroque intexta perenni,
Et cuncto dant ore aevum clarescere in omne
Dicunt victrices Lauros, canitur inclyta gesta
Et Venetum fert ad superos memorabile nomen.

DAPHNIS Joannis Melsij Jurisc.

Dum patrias Daphnis discedens linqueret oras
Infelix Lycidas pueri male sanus amore,
Haec secum impatiens sylvas, montesque per omnes,
Flebat, saepe vocans crudelia numina Divum
Crudelis Daphni, ergo, iterum carosque penates
Et dulcem patriam, sociosque relinquere pergis
Et me cui patria, et vita estque carior ipsa?
Nec lacrymae retinent te ullae, aut suspiria tangunt
Improbe sic nostros fugiens contemnis amores,
Immemoresque nostri, et tenera hac aetate iuventae
Externas iterum solus remeabis ad oras?
Daphni tuos abitus, nostris ac montibus altis
Pastores (oculos conversis vultibus in te
Dum linquit) flevere omnes et flavus Amintas
Te vocat Corydon formosi ambo et pueri ambo
Te Nymphae flevere omnes, te candida Thais,
Et tantum dilecta tibi formosa Lyconis
Suspirat, vitreis rorantia flumina guttis,
Ore gemens, et te crudelem nomine dicit
Quin etiam ingemuere ferae, atque impasta per herbas

Acta domum rediere illis armenta diebus
Frigida nulla boves libarunt flumina, nullae
Vbera gustarunt materna in ouilibus agni
Ipsa Pales agros liquit, decedit Apollo
Decedit secum Phoebo quoque pulchrior ipsa
Inuisusque feris succedit montibus horror,
Et glacies, et tristis hyemps, oneratque curuis
Nunc niuea niues ramis uix sustinet arbos
Maeret, et amplexu totiens diuulsus amato,
Has inter corylos, inter nemora auia solus
Noctu sedens coelum, et terras questibus implet
Et Daphnin ingeminat, Daphnin nemus omne remittit,
Non teneros mihi cura greges, in montibus istis
Pascere, nec pastos reuocare ad ouilia noto
Sed tantum tristes mecum componere curas,
Nunc placet et querulo meditati carmina cantu
Dulce nihil nobis reliquum te abeunte, uoluptas
Omnis abit, simul, atque abeunt mea gaudia cuncta,
Dum puer es redeas precor o dulcissime Daphni,
Et patrios repetas montes et pinguia rura
Et libeat roseis cannas inflare labellis,
Fistula et argutis septem composta cicutis
Bis totidem ex auro titulis operosa moratur
O liceat tecum uiridi considere in herba
Atque una compellere oues, et murmure dulci,
Aut zephiri, aut leuis percussi littoris undas
Dum iunctis ineas somnos pulcherrime labris,

Stringere coniectis pariter complexa lacertis
Pectora, et his oculos manibus reserare nitentis:
Tunc amor, et pecudum rerum, et simul omne redibit,
Pastorum decus, o fœlicis temporis ætas
Quando erit? ut dulces peragam feliciter annos
Tum demum, et placida lætus cito morte quiescam,

DE IRENA

Occidit Adriacæ nuper celeberrima turbæ
Irene superis addita fama choris
Illa per omnes ~~per omnes~~ Irene notissima terras
Quascunque oceanus mollibus abit aquis.
Irene Gradonice tibi dulcissima cura,
Illam dum in uita dulcis alebat amor.
Qui cum ipsa, doctique sales, lususque, iocique
Et pudor, et probitas, cum pietate fides.
Ac formæ decus eximiæ, morumque uenustas,
Propositique tenax, ius que sepulta boni.
Luget mæsta Venus passos male compta capillos
Extinxit lacrymis filius ipse faces.
Musarumque pater docta cum Pallade Phœbus
Lugubres fudit tristis ab ore sonos.
Flent charites, flent Nymphæ omnes, flet et candida Nais
Tiliauentæas fletibus auget aquas.
Hec latos querulis campos ululatibus implet,
Crudeles que uocat nomine sæpe Deos.

Hec Nullas adhibet cura confecta, medelas,
Usq; malo cupiens impia posse mori.
Ah roseas ne lede genas, neu scinde capillos,
Nais, et immeritos ledere parce Deos.
His tua (crede mihi) magne pulcherrima curę
Irena, ętheriis digna recepta choris:
Illic aut cantu, et cithara bene sallere docta
Celestes numeris gaudes inire modos:
Penicullo aut graphio, variisq; coloribus, alta
Ideas tentat mente referre sitas.
Illam miratur pingentem Zeusis, Apelles
Vix patitur palme premia rapta sibi.
Nunc tenet eloquio, facundi, et pectoris arte
Heroum et cętus, virgineosq; choros.
Nunc canit Eurydices coniunx adsistit, et una
Sappho serta adimens, laurea fronte sibi.
Nunc canit, et quatiunt alterno lucida cęli
Templa pede ardentes, quas putat astra faces,
putat. Et quos hic didicit numeros. dediscit, et ęgre est
Perferri sibi uix, quas uidet arte pares.
Hoc alis miror, uno at fęlix cętera, nam illis
Mille uoluptates, gaudia mille capis.
Omnia quę humanę ualeant, per uirtem nusquam
Uocesq; adeo cuncta beata polo.
Ergo ne dolor officiat iubet arte perempte
Gaudia, nec falso mereat illa tuo:

Pone modum lacrymis, et uanos comprime luctus
Comprime singultus, pelleq; tristitiam.
Successu, et lætare bono, boni semper ut illi
optaras, uita dum fuit illa bona.
Sat nimiumq; diu uixit cui uiuere recte
Contigit; hec uixit, sic diuturna satis.
Si sua uirtuti ex bene factis premia cælo
Nomina uatis opus uindicat interitu
Spiritus æthera felix post funera sede,
Fama illa hic uiuet nõ moritura dia.

In saxeum Glemonæ fontem

Qua Bacchi uidet fæcundis innumere colles
Æmonæ placidis rura beata iugis.
En uirgo dictum saxi de nomine fontem
Uberiora ouium do ubera plena tibi.
Dulce uiatori, quem detinet umbra leuame.
Dum canis infesto sydere candet ager.
Seu quicunq; graui detentus corpore febri
Seu duro pressus membra labore sitis.
Inuideat Dirce, his morbo soluentibus artus
Quicunq; auet cetis lumina reddit, aquis.

AD Alexandrum Paulinũ Glemonæ
Dignissimũ Preceptorem Epig.
Herculis Parthenopei,

Oro per altisonum stridenti cardine tronum
Qui in unum confert totius artis onus:
Perq; Dei sectam, qui tunc eos, et totus in omni,
Et cuius Imperio dextras subpositis aras, Ut cessent uento subdita Regna Poli. ✠ ✠ semper adest magnus, gentis et orbis honos,
Vos o Calliope Musas. Castalia dona, ✠
Grata Poetarum numina grata Dei.
Gratis illum Paulinum cui nouus Apollo
Laurea promisit Munera sepe dari.
Quemq; fluctans uester perduxere cætus
Per iuga Parnasi turba comete solet.
Quiq; studet uestros Aftoni gratia choros
Dum peana canit Carmine facta suo.
Ut mitti, que Veneti regi continere legati
Carmine uel prosa mittere docta uelit
Parcite, si precor, non excusabile pecor,
Cui queat accepto flectere quisq; suo.
Cumq; Datis illi Medusei pocula fontis,
Tu ualeas uerbis dicite docte uiris.

DE PII · V · PON · OBITV, ET CŒLI CLEMENTIA
Sub inde, Ac Noui Pon. Creatione

Dum Pius Imperij est sacras moderatus habenas
Huius delevit crimina nostra prece.
Et quo nos digni, rabidum conuertit in hoste
Supplicium (tanti sunt pia uota) Dei;
Ast tibi sydera cælestum sede receptus
Lumina spectauit iam propriora Dei.

Quę cupijt uiuens diuini muneris aura
Protinus humano tradita sunt generi.
Splendidius Maijs caput extulit inde kalendis
Phœbus, et ex illa res meliore loco.
Irritaque hinc fiens uatum responsa, nec astris
Amplius ullas fides quę superare datur.
Largior est solito grauidis et ostentat aristis
Qua sterilis uatum carmine messis erat,
Partaque sedatis pacem uictoria bellis
Spondet, mox unum pastor ouile reget.
Qui bonus in socios, prudensque et fortis in hostes
Aurea Saturni secula restituat
Sic Justis olim precibus concessit Helia
Ne plueret genitor, rursus et ut plueret.

De Pace Juliadum.

Collibus excelsis insidens turribus altis,
Et paribus clari nominis in speculis
Candida pacifera pretenso ex arbore ramo
Sic genuit superum lapsa columba choro.
Bellum immortales potuit quos reddere terris
Pax immortales reddat et alma polo.

De eadem

Quę non unda maris feruens incendia nec dum
Flumina compescant, uisque potens hominum.

En modo restinxit peritus (mirabile dictu)
Ignea scintillae flammula lapsa polo.
Sic modo Iuliadas qui exussit, saevus ignis
Caelesti aeternus saltus ab igne fovet.

De eadem pace.

Plus est perpetuo mansuram fadere pacem
Inter primores composuisse viros.
Quam nuper latis hanc cinctam moenibus Urbem
Muniisse, et fossa, praesidijs que ducum.
Hanc violare queat nunquam licet tela, neque ignes,
Insidijs poterant hostibus illa capi.
Pervigil haec nullo servabit milite fides,
Magno animos pretio viribus illa daret.
Principibus Venetum debetur gratia facti
Nam quis In orbe illos omnia posse putet?

De Iulia

Ore Venus Iuno incessu, virtute Minerva,
Vel poterat credi de tribus una soror.
Sed quia mortalis, mortalibus edita certe
Inter Iuliadum Iulia prima choros.
Divinum haud dubie mortali in corpore cuncti
(Tot bona sunt illi) numen inesse putat.

De eadem

Qui modo Aspicui cecinistis margine fontis
Unde Helices toto nomen in orbe sonat.

Tolleret carminibus certatim tollit olores
  Insignes, huius nomen ad astra Dei.
Hic etiam uestri uiuet post funera cantus,
  Julia dum clara uoce perennis erit.

Cum tibi sint pauci locupleti pignora nati,
  Aliq; inopi soboles sit numerosa seni.
Peccem nec uenia modo sed sim (censeo) dignus,
  Venia et pro magno criminis supplicio.
Si iusti mercedem tedia longa laboris
  Poscendi exigua hec premia fastidiam.
Cum nos detasset nullus labor, atq; docendo
  Affligant corpus mentem, animaq; simul.
Quam, uel fer nos, uel magno solatio labore,
  Da ueniam fasso, fronte necesse coint.

In quendam

Si quoties nobis, spondesq; iubesq; uenire
  sed frustra, toties premia falsa dans.
Jam diues dudum factus, fœlixq; fuissem,
  Nec tibi sim rogitans sepe molestus ego.
Sed tu dum uerbis tantum mihi soluere queris,
  Non mihi sed prebes tedia longa tibi.
Ut uidear diues quam plurima nomina libris
  Scripsi meis facile hoc aequo, animo q; fero.
Sepius ut mihi sit cursus, retroq; meandum
  Dum frustra pulso sedulus atq; fores.

NAUMACHIA ALEXANDRI P.

Vidit ut affectam Naupacti in littore Turcae
Neptunus classem, sic violentus ait.
I modo, et invicta Cypro gere bella Dione
Turca ferox, regnis nunc populase maris.
Nunc minitore meis in [conspecto] vincula collo
Et venetum populis, Romulidisque sacris.
Quin si trans alpes equites in praelia mittes
Qui referat pugnas (ut modo) nullus erit.
Nudatus voluerum plumis ceu graculus olim
Ridiculus solis delituit latebris.
Sic quas invasit spoliatus Turca repente
Oris, explosus Colchica regna petet.
Et sibi vel multo mortem pensaverit auro,
Vel nece matura tradet amica Charon.
Usque adeo invisus nil non quod possidet orbis,
Deseret ultori, supplicium que dabit.

Cladibus acceptis insignia multa feruntur
Esse loca, infausta nobilitata nece.
Termopilae Cannaeque Leuctrique Trasimenus et ipsum
Actium, et infami cum Trebia Rubico.
Ast ubi captivum tot milia sub iuga missa
Praeter Naupactum haud facile invenias.
Ergo quis dubitet tot, tantaque gesta repente
Numine Christicolas constituisse Dei.
Bacchus et Alcides quod maximus alter in Indos,
Monstra domans superum maximus alter ope.

In Romam Remus, quod gessit Graetia Xersem,
In Gallos Caesar, Scipioque in Libiam,
Quodque Augustus stravit cum classibus aequor
Reginam Aegipti dum pelago insequitur.
Quod gessere duces deinde omnes, quodque vel ante
Sublato quisquam vertice ubique poli.
Christicolum in Turcas uno hoc certamine classis
Gessit ubi exceptis navibus aucta fuit.

De quodam concinatore Syculo

Quae nova Juliadum succendit pectora flamma,
Mutua ut ardentes se pietate colant.
Matronae oblatis cumulent altaria donis
Et dicat votis sedula turba preces.
Certatim huc migret sacrata colonia viret,
Hisque paret quantas exigat usus opes.
Aetnaeos quoniam mixtos caelestibus ignes
Aeterna summus misit ab arce pater.

De Alexandro Farnesio Petri Mir.

Quod Farnesius omnibus poetis
Gratus, nihil alta Roma curat
Quod rerum dominus sit illa curat
At quod ingenio pereudito, et
Vatum versibus omnium bonorum
Immortalis ubique sit futurus
Curat Jupiter istud, invidetque

Paraphrasis In psal. Dauidis Miserere.

Conditor humani generis miserere precantis
Usq; mei immensa pro pietate tua
Plurima queq; tibi clementia quicquid inisti,
Criminis in nobis deleat omne precor.
Insuper abluta scelerum contage malorum
Noxia sit nullo crimine uita mihi.
Cognita namq; mihi satis est mea praua uoluntas,
Et mea me contra crimina bella gerunt.
Uni nempe tibi deliqui perfidus autor,
Et mala te coram plurima commisi.
Ipse tuis iustus sermonibus, ut uideans
Atq; tuo uincas omnia Iudicio.
En qui tartareis conceptus ualibus adsum
Concepit genetrix crimine mersa graui.
Ecce tibi uerum cordi sapientia cælo
Expleuit retegens, ob dira queq; mihi.
Hisoppi succo aspersus mundabor et inde
Viscera cuncta feram candidiora niue.
Gaudia mandatis parentem summa sequentem,
Ossa q; summissa hinc gaudia percipiet.
Peccatis auerte meis faciem, et mea dele
Crimina, cum uestra quam meruere nece.
Da mihi cor mundum cæli fabricator habendũ,
Spiritus inde nouus uiscera nostra regat.
Nec procul aspectu sistas tibi me tuus inde,
Nec procul abscedat Spiritus ille sacer.

Nostram praecipuo confirmans numine uitam
Exple laetitia pectora nostra tua.
Rectas ipse docebo uias insistere iniquos,
Et conuersa malo te impia turba colet.
Me eripe sanguinibus nostrae Deus alme salutis,
Justitiam extollet tum mea lingua tuam
Tu mea tu genitor sanctissime labra recludi,
Ut queat os laudes hoc numerare tuas.
Nanque litauissem, cordi modo sacra fuissent,
Grata tamen sensi non hostia causa tibi.
Anxia mens instar tibi sacri, nec pia corda
Et summissa tuo pellis ab ore Deus.
Plurima dona sion tribuat tua recta uoluntas,
Urbis ut exurgant moenia lata sacrae.
Tunc sacra justitiae contingent, sacra tibique
Cum uitulis aras ultima multa leget.

In Funere Ill.^me Faustinae Cuaneae Valuasoriae.

Ortus quandoquidem nostri non terminus orbis
Altera sed nobis uita parata manet.
Si quis ab his sine labe petat super alta tenebris
Omnia cui liceat saecula pace frui
Cur indignamur? cur non gaudemus amici?
Hinc abitu incolumis perpetuoque bono?
Sat carni, lachrymis quae datum, corpus amati
Comminus extinctum nec licet ulterius.
Inuidere magis est illud quam morte dolere,
Quae si meta mali cur fugienda bonis?

Aliud

Desinite Illustres charam deflere parentes
Faustinam aethereo charior illa patri.
Premia quae longe potuit sperare senecta
Quae tenet aeternis equiparanda bonis?
Qui melior sponsus? quae regia clarior usquam?
Quae soboles? soceri? quae potiora bona?
Gaudia quod si uera capit, fruiturque beato?
Regno. nonne huius morte dolere nephas!

Aliud

Quo magis, et sapiens, et amore accensa parentum,
Quantum exosa malum, tam studiosa boni,
Hoc magis aeterno FAVSTINA exardet amore.
Ante Deum, et meritas spargit amata preces.
Ut cum contigerint optata parentibus ad se,
Post senium his pateat denique tempus iter.

Aliud

Quae sibi prudentes oleum sumpsere, beata
Ut de Virgineo ducerer una choro.
siue lucem Ardentem ecce ferens lucem procul obuia sponso
Processi, et subito mi patuere fores.
Unde ego Caelesti, superum comes adita coetu
Percipiam nullo gaudia fine poli.

IN FVNERE NOBILIS.me Matronae Helenes Sauorgnan

Officio perfuncta graui generosa uirago,
Nobilis Illustri, ut nuberet ipsa uiro.
Indignum meritis fraterno saucia telo,
Supplicium passa est clarior inde tamen

Non quia primus Arabs nosceretque extremus Iberus
  Quam sit acerba Helenę Nobilitata necę.
Sed quia Cœlesti dignata perambulat astra
  Martyrio; et facta est gratior inde solo.
Quę velut agna nihil sibi conscia criminis ex(...)
  Cornuit ante oculos victima sacra Dei
Ut foret æterna cælum dignissima vita
  constat ut in mimetos ante fuisse choros.
Profuit ergo illi voluit qui lędere verum
  Namque ipsa vitam vivere morte dedit.

Fabij Paulini In eandem

Altera post Helenam, Phrigij qua sanguine campi
  Manarunt, simili hęc nomine forma fuit.
Sed diversa Helenę sunt huic data fata eademque
  Fortuna ast alio hinc lusit et inde modo.
Illa suo ad Troiam procul est abducta marito
  Et facta infami nobilis Historia.
Hęc immatura sibi raptum morte maritum
  Flens alijs facta est norma pudicicia.
Propter eam rapidis arsit Neptunia flamis
  Troia ast ... omnis in hac arsit amor utina.
Polluit externa, externos ea clade penates,
  Hęc sparsit proprios cede, lares propria.
Divino immeritam Genitor donavit honore
  Illam frater lęthum huic dedit immeritę.
I nunc tolle animos, casto confide pudori
  Cum fortuna suo prima lege ferat.

Aliud eiusdem

Quis niuea hæc duro uiolauit pectora ferro
Quam diuus uex, et ferreus ipse fuit.
Frater erat, monstrum, sed ni esset perdere castus
Naturæ haud saeuum sustinuisset opus.

Jo. Bap.ᵗᵉ Paulini Juris co.sulti

In obitu Faustinæ Cucaneæ

Cucanea domus genus alto á sanguine Martis
Tiliauentea qua fluit amnis aqua.
Non tam opibus nimium nimiumque prole beata
Faustina atque nouo Cæsare visa potens.
Inuidit mors saeua, simul, quod canis ipsos,
Innocuos primo tollere flore parat.
Quis credat? soror, et frater lusere parentem
Iniecere audaces in sua membra manus.
Alter enim surgens inuitæ restitit illi,
Quæ audito cessit nomine Caesareo,
Altera sed mortem fugiens ubi tutior esset
Pallidula ad superos transijt inde choros.

Eiusdem de uita traducenda

Fortunæ si quisque suæ est fabricator habendus
vita quid aut celebs coniugium ue potest?
Non magis hoc illo ue aliquis uel fiet utroque
Aut miser aut fœlix semper at unus eris
Ergo quid optabis sanam cum corpore mentem
Fœlix quam celebs tam copulatus eris.

Nam rationis inops canas si quisq; vel non
Nil facit hoc felix semper habendus eris.
O caeleste bonum trames sapientiaq;
Qua bene solus eris, qua bene tutus eris.

Turdi Alexandri P.

Ut constet numerus bis deni, et quinq; peremptis
Caede nova, haud facilis cum vagaremur erat.
A puero nostro decepti Stercor (honestis
Auribus et doctis debitus adsit honos)
Mensam ornaturi (nostrae solatia mortis)
Doctrina insignis magnanimiq; viri
Mittimur assati, cum pondere ventris edendi,
Cum cephalo nobis pinguibus hic honor est.
Vescere, caelesti, qui omisit mittere posset
Si tibi quid melius mitteret ambrosia.

AD EPISCOPUM TERGESTINUM

Tempora digna regi triplici diademate praesul
Inclita doctorum gloria, spesq; virum.
Cui late patet populi genusq; sacratis
Oscula dant manibus, dent precor illa pedi.
Secula quo redeant Saturnia denique et unus,
Et pastore (boni consule) ovile fiat:
Advena incolumis fidi gratantur amici;
E pavonatico laeta salit reditu.
Ecce ferunt driades calatis sylvestria dona,
Castaneas ficus persica mala nuces.
~~Hinc~~ dat Vertranda palos ~~haedos~~ edos, satiq; procaces,
Pan vitulos, pressi copia lactis adest.

Floribus hinc varijs nectunt tibi serta Napeę,
Floraq; odoratis plena Canistra rosis.
Qum et Bacchus adest calcatis letior uuis
Depromens pleno Dulcia musta lacu.
Omnia quę lęta capias accipias ut fronte precamur
Sincera nobis dantur et illa fide.
Pro quibus hoc unum petitur, quod sępe libelor
Omnibus ipse facis, muneris alta tui.
Omnia Confirmet, qua surgit undiq; collis
Pauontę, signo pręstia lęta cineis.
Deserent musę migrat Heliconę, colonq;
Hęc loca, castalijs fertiliora iugis.
Nec iam Pierides Musę dicentur ut ante.
Sed de Pauonę nomine nomen erit.

Domus Fabia

Munibus et publicum domus oportuna catornis,
Et celebrata tuo semper, Iacche mero.
Commoda & varijs sedes Cauponibus olim
Et plebi solidum frangere amica die
Nunc proprios mediis placidis et grata columbis,
Musisq; et Iunoni nobilium studijs.
Altior aerijs turrim decorata columnis,
Sacras tibi Pallas dictat, et Apollo tibicinum
Quod probor, et populo, et pr[illegible] salutor
Hoc Fabi est [illegible] filij Heritii opus.
Quam ego pro meritis de illius nomine dicta
Musarum hinc, sedes semper ero, et charitum.

DE FONTE LATIANO VTINUM DEDUCTO

QVÆ prætore sauris Vtinos irrigat undis
Pontis per occultas iste uocata uias.
Territa deinde fori nais clamoribus, antra
In sua se latices, abdideratque suos.
Ecce sub Imperio Pontis, Hunc Principis eodem,
Quas prius occuluit sedula fundit aquas.
Et quis id humanum fateatur fuisse factum?
Diuinæ potius quis neget illud opus.
Fucinus inuideat, deducta canalibus olim
In Thermas magnæ mænibus urbis aqua.
Ergo prosilient latices dum fonte perenni
Pons tibi perpetua hoc laude uigebit opus.
Hæc tibi mortales inter modo maxima fati
Muneris, At, Cælo gratia maior erit.

DE PONTE LATERITIO SUPER CORMORIO FACTO

Excipit auspitio Pontis Pons iste per undas
Qua medias ducit Fons latianus aquas.
Ne pelluciduli se misceat horridus undis
Cormonius, uasto qui secat arua sono.
Qualis in æquoreas Alpheus prosilit undas
Nec fauce in dulces æquora tingit aquas
Non ne hoc regis opus plusquam mortale. Quis unquam
Torrente hunc uidit subdere colla iugo?
Quare quis digne collaudet fortia Pontis
Gesta. uel excelsum Principis ore decus?

Vnde animi fulget Satietas que pectore dotes,
Ipsum, que solio constituere bona.

Ad Ser.mum Venetorum Principem
Nicolaum, A, Ponte.

Arx munita ~~ubi noster~~ Pons Vrbis et intra
Mœnia deductis fons Latianus aquis.
Tu pretor tibi nos tantum obstrinxerat ante
Vt tibi uix nostrum soluere posse foret.
Principe nunc uero te deductas relapsas
Fontis aquas, manus commnimus istud opus.
Quanta uel Alcide meritis uel Castoris olim
Sæcula, dicemus Dux bone tanta tibi.

AD POETAS

Principis alta sacri mecum celebrate Poetæ
Et merita Ponten laude locate polo.
Pretoris Venetam diuinis legibus urbem
Rexit, et excultis moribus instituit.
Arcis presidio muniuit fontis et unda
Perspicui exornans profuit ingenijs.
Composuit pacem populorum prouidus usu
Constituit, finem litibus imposuit.
Denique ut est solium sortitus fine senectæ,
Auxit non Venetum commoda multa feres.
Non uires animo desunt, nec corpore robur
Eloquio floret, ingenioque uiget.
Numinis instar habet diuinaque fronte renidet
Maiestas laeta, luminibusque pijs.

Canitiem spectes Tithonum, aut Nestora credas
Inferior nulli dexteritate tamen.
His et multis alijs hic dignus laudibus, at tuos
Cetera perpetuis ducite carminibus.

Quae tibi sponsa Venus potuit Pallas qz vocari
Cum quadam forma polleat ingenio.
Quod si faelice partu fecunda beavit
Te simul invideat Jupiter ipse tibi.

AD EVNDEM

Quam terebravit amat foveam sic grillus, ut illi
Inhubet assidue, id te quoqz Grille decet.
Respondere tuo si vis cognomine recte
Fac pergas Grilli pervigil usqz vices.

AD EVNDEM

Cum tu sis Benedictus ut omnia sit benedicta
Quae tibi parasti quaeqz futura facis.
Nam benedicta domus tibi quin pulcherrima sponsa
Quam celebrat omnis sit benedicta tibi.
Quas praebes epulas convivis sunt benedictae,
Et quae tu loqueris, quis benedicta neget?
Quasqz animo volvis ~~animo~~ curas, si non benedictas
Dicamus, clamus tu benedicta tua.
Omnia sunt famuli, ancillae, res, praedia, gaza;
Posteritas, amor, denique vota preces.

Francisci Amulij Carmē de Federico Sauorgnano, et Troiano Arcano

Vera sauorgnanę Federicus gloria gētis,
Troianusq; suę fama suprema domus.
Congressi coeūt duro in certamine iniqui
Martis, et ambo pari prelia morte gerūt.
Magnus uterq; animis, et uterq; expertus in armis
Dextera utriusq; ualet, lingua utriusq; ualet.
Nil pauet hic, minime ille, tamē mors instat utriq;
Ut uincat neuter cedit, at ambo cadūt.
Nam ut uictus uterq; cadit, sed uictor uterq;
Tanta utriusq; imitet gloria tantus honos.
Et postquā ambo obeūt pulchram per uulnera mortē
Uiuit in exequijs clarus uterq; suis.

Francisi Porcij Notarij Utinēsis Carmē
De quedā muliere Ueneta

Pascua quę dudū Romana colonđ Jo,
Roserat et Venetum littora salsa modo
Juliadum campos tauris comitata perat,
Gaudet et arrosis hic quoq; graminibus.
Hic pre con Exitiū penuria magna minatur,
Porcius et nostris fabula edenda foret.
Torridior solito farmilia sustulit estas,
Inuentasq; famē seuior instat hyemps.
Pastores uigilate hic ne dormitē Coloni;
Scilicet a vacca uos misi damna manent

Sentiet et faeno mox deficiente Menalcas,
Sentiet exaustis Tytirus et Bo oculis

~~Russu~~ de Lucretia Venera

Lustrat sulcos faelix Lucretia Campos
Et secum Charites, nira Venusq[ue] colunt.
Felices sylue, cunctisq[ue] beatius herbis
Gramine quod niueo comprimit illa pede.
Frondibus exornat spoliatos numine colles,
Et varijs visa floribus ornat humu[m].
Faelix unda sue qua pinxit imago figure,
Letior in cessu ripa beata suo.
Illa sono retinet fontes et flumina sistit,
Illius et volucres obstupuere modis.
Insultat rigide quercus modulamina vocis,
Dum revocat duras carmina blanda feras.
Carmina menalijs solitus Pan ferre sub antris,
Carmina que moriens concinit albus olor.
Hanc circum ludunt Satyri, Faunique bicornes,
Nymphaq[ue] innexis tempora flexa comis.
Formoseq[ue] breui Dryades dixere choream,
In numerum iuncta et vaga prata mouent
Undiq[ue] Virium resonat Lucretia moles
Et syluas implet nominis aura sui.
Illa fugat nubes oculis, coelumq[ue] serenat,
Et valet obscura nocte referre diem
Illic Arciteneus figit vexilla Cupido,
Et rapit inde suas spicula seua faces.

Hec lenibus summo descendens arbore pomis,
Juliadum ignotos nobilitavit agros.
Sic Utinam nostris vivat Laurentia Campis
Perpetuo, et Venetos deserat illa Laus.

Ad Clar.um virum M. Cornelium
Fori Julij Presidem. Fabius Paulinus.

A Patribus delata tibi Heros Inclite sumes
Jam Jam qui Patriae lora regenda meae.
Innumeris vexata malis labefacta nimis
Adventu protem sublevat illa tuo.
Aspice ut excipiat, te, ut veneretur, et alto,
Ut videare sibi missus adesse polo.
Virtutum nam tanta sibi spes est concepta tuarum
Divinae imprimis proxima Justitiae.
Ut sic Naufragij quasi fractas posse tabellas
Mox te confidat preside colligere.
Quem sibi non dominum, aut durum vel Tyrannum,
Sed fore patronum, iudicat, atque patrem.
Pro quibus, haec meritis magnorum carmine vatum
Tollere Grata tuum nomen in astra volet.
Auspicioque tuo deponere nomen Juli,
Cornelii et cupiet dicier inde Fori.
Macte igitur virtute, Heros i, sume saluti
Atque huius, laudi, consulitoque tuae.

Eiusdem precatio Ad virginem deiparam
Aeterno dilecta Patri prolisque beatae
Virgo parens summi numinis facta Dei

Dei. Affecti

Affecti uirgo tandem miserere precesque
Admittas facili supplicis aure tui.
Aspice nostra fero torpentia frigore membra,
Aspice quam gelidus ossa tremor quatiat.
Et mox, ut trepidas exurat flamma medullas,
Torreat ut saeuus uiscera nostra calor.
Affer opem misero, fidem non posse tabellae
Multa docentque anis tota soluta suis.
Et febrim pelle, aut superum si immobile numen
Hoc sedet, ut tali peste diu tenear.
Robur suppedita hanc ut perferam et dulce reuertar
Ad studium, aut ex hoc carcere solue animam.

M. CORNERO PRETORI
Raph. Cyll. 1564. 1565.

Adriacis venetum qui sedibus, et maris vndis
Praesidet, et late possidet imperium.
Misit Juleas pretorem Marcas ad oras
Nomine tam similem quam pietate graue.
Vt tandem stigijs, unde est exorta malorum
Improba nequities praecipitaret aquis.
Et uexata diu probitasque, quiesque bonorum
Surgeret, atque iterum secla beata forent.
Macte esto, superis Corneli semper amate
Cui pietas cordi justitiaeque decus.
Quem non ulla queunt capere, acceptissima adsis
Munera non alle comminuisse precor.

Extollant alij licet Aeacon aut Rhadamathū
Et Minoa suum Cretes ad astra ferant.
Haud tamen his fueris minor, o Iustissime Marce
Sed maior multo, nec reguieti Joue.
Cesserat in Celum terris Astrea relictis:
Ad terras iterum nunc Dea laeta redit.
Et redeunt certe felicia tempora terris.
Certe iam nobis aurea secla uiget.
Destitit infando tellus saturata cruore
Amplius humana luxuriare nece.
Nec queritur natos mater lugubris, ut ante,
De medio raptos pignora cara sinu
Non tenere iam uir sponsae, non nupta marito,
Non metuit nata suspiciosa parens.
Omnia tuta manent quae sunt carissima nobis:
Ulla nec in ualido pectore cura sedet.
O utinam sacri pars coetus una fuissem,
Et premeret nostras laurea serta comas.
Meque suis dignum duxisset amoribus omnis,
Et Phoebi, et Charitum, Pieridumque chorus.
Quam iucunda foret mihi celsa cacumina Pindi
Quam iuga Aonij montis; et Orchomeni.
Hic te perpetuo celebrarem carmine Marce,
Digne maroneo carmine Marce coli.
Hic canerem laudes, et fortia facta tuorum
Hic canerem patriae clara trophea tuae.
Atque ita uel primo possem contendere Homero
Materia grauibus conueniente modis.

At nō Æacides magnus, nō clarus Ulysses,
Elexisset numeros ad sua fata meos.
Obsessum ut decem per longos Ilion annos,
Aut Ithacum fugiens aspera terra sinum.
Marcus uterq; poeta mihi nobile carmē utere;
In terris magnus, magnus et in superis.
Clarus in Hesperijs eois clarus in oris
Quaq; fugat Boreas qua uehit Auster aquas.
Sed uigeat Marci nomē cum sole perenne.
Et mihi sit Dominis plaudere posse meis.

AD Precl. et Integer. SENATOREM. Joannem
Donatum M. FABII Paulini.
Carmen

EXpressum antiqui simulachrum magni Catonis
Donate, Adriacę urbis, et orbis honos.
Qui pater Astreę, et uindex; qui fasq; piumq;
Æqua mente foues, ingenijsq; faues.
Dijs hinc auspicibus uenio, atq; autoribus, ut tu
Me mihi restituas, et sua iura meis.
Hi uotis me pastorem optauere, sed alter
Subrepens furto auertere quærit oues.
Ergo age, surge pater, nostreq; obducta quieti
Nubila tam iuste lumine differ opis.
Et quę sacra facit nobis Deus otia, sorea,
Otia Castalijs nō cantura choris.
Ast ego syluestris modulator sibila canna
Atq; tuas laudes, hinc canere incipiam
Forsan et audaci sublatus in ethera penna
Fiam olor, et magnum nomē in astra ferā.

Fabius Paulinus

AD R.mu et Ill.mu Albertu Bolognetu Masse Epum

et summi Pontificis apud Venetos dign.um oratorem

Magne Heros sacra mundi sub molle laborans,
Romanaq gerens septra uicesq Dei
Si precibus flecti est Heroum, et ferre salutem
Supplicibus, si hoc est facta Regis superum.
Et patrius si tangit honos, si deniq natus
Vatum cui eternant carmina Pegasides,
Litibus et tanto uacuos nos turbine mentis
Siste, precor, tantis subtrahe uorticibus.
Et sacra si colimus musaru in cota uocatus
Dexter ades, nostriq otia fac studijs,
Aram ego pendentes qua cingunt undiq colles
Vicesimu, uoti mox reus instituam.
Atq hic nostra tuas meditando fistula laudes
Discet mansuris pingere docta modis.

Alexandri Paulini De Julia

Julia dum uixit, uiguit concordia Roma,
Federe nam sacro iunxerat illa uiru.
Altera que inter se proceres hos reddet amicos.
Inscia cunctorum pectora, et ora trahit.

De uirtute

Exultat hinc uirtus uitijs expulsa tenebris
Illa sepulta iacet clarior illa tamen.

De Emanuele Angelo Hispano
Architecto Fonti Latiano deducendo prefecto

Angelus inducta quem fecit Dedalus unda
Pontu' utinu' spatio Pallados arte brevi
Quatuor interdum tribus septe' additus octo
Angelus excultum reddere possit opus.
At nunc tam longe deducto fontis, et unde,
Per q3 uias duras Angelus est opere.
Angelus hinc, uero dicatur nomine, ut oris,
Missus ab Hesperijs Menia nostra colit.

De eodem.

Angelus ante fui, nunc postquam est deducta per undas
Unda, uero Ponte' hinc Angelus esse feror.

De eodem

Angelus extremis terrarum finibus ortus
Missus ad hos, factis Angelus est operis.

Ad Clr.^um Pretorem et septem uiros Urbis

Gentis Iulee custos, clarissime Preses,
omnia Iustitie qui moderaris ope
Et uos qui regitis preclaris legibus Urbem
O septem pudoris fida, cohorsq; uirum.
Principis, et uestris redeat, cum dulcius in Urbem
Auspicijs irrigua fons latianus aqua.
Gratulor, et uobis tenui munuscula filo,
Hec mitto tapis uix satis apta uiris
Que precor ut leta capiatis fronte, animoq;
In uos ut fidei sint monumenta mee.

Alexander Paulinus

Qua Venatores nobis, uenabula, casses,
Turba canum, saltus, rura, salita iuga
Hæc eadem nobis etiam sepe pedalia tela,
Cum precibus lachrymæ lora crumena, feras.
Sunt Angiportus nobis pro saltubus urbes
Pro campis, quo sit preda petenda loco.
Ostendit Phebus passim, Dictinaq; nobis
Hellespontiacus nostra tutela Deus.
Vos pubes generosa, at nos si queritis unde
Gramatistarum Garula turba sumus.
Ast indigna uiro Cum finis utrunq; uoluptas
Vtra magis noceat dicere nemo potest.

FINIS CARMINVNVM
ALEXANDRI Paulini

L

Eliq. Alex.

De odore ex toto urbem Venetiam fragrante.

Intempestiuo quid mirum flore rosarum
Hortos in Venetis excubuere locis?
Nam Cypro detrusa Venus bacchante Selino
Incoluit Veneti culta uireta Soli,
Mercibus inde aliorum Copia multa rosarum
Excocta Amorosis spargit odore domos.
Quin chorus, cantus qui uigent, clangorq; tubarum
Vt sibi hec Martis sera trophea sui.

Ad Philomenam de fratris eius
morte Alexandri Zaulini

Ad nos fortunae casus peruenit acerbae
Quo tuus (heu lachrimae scribere plura uetant)
Quo tuus occidit ~~te~~ nos linquens sidera frater
Omnibus in uita frater amabilior.
Qualis cum subito tempestas turbine nautas
In medio naues gurgite praecipitat
Aut ubi Ruricolas iunctis ad aratra iuuencis
Sollicitat multa cum uenit imber aqua.
Talis inassuetas percussit nuncius aures,
Ille mihi uere nuncius horribilis.
Nec uero tantum quae toto pectore amabat
Abrepto doluit Laodomia uiro.
Non Aurora suo sic est turbata perempto
Memnone cum uero nuncia fama tulit.
Quantum ego fraterna percepi morte dolorem,
Tristior est nobis nulla futura dies.
Heu crudelis mors, et inexorabile fatum,
Vestra sunt opera perdita nostra bona.
Christus nobis quem uere semper amaui
Semper in aduersis amicum amicum habui.

Ille uel extremos mecũ penetrasset ad Indos,
Et qua solis equi precipitantur aquis
Quasq; sub ardenti sol torret sydere gētes
Vidisset fortis, Sytoniasq; niues.
Illum ego complexis uideor retinerē lacertis,
Et dare sub tacito mutua uerba sono.
At tibi plus equo nō est hec morte dolendũ,
Ista qua natus nō nisi lege perit.
Omnibus illa uenit, laetam nō illa iuuentã
Respicit, aut culti diuitias animi.
Mæonides perijt diuini carminis author,
Ierierunt uates, Carmina, saxa simul.
Romani ceciderē duces, ceciderē superbi
Troes, cũ Troia Roma superba iacet.
De nam Veneta
Nobilis æquoreo uolitabat lignea campo
Urbs, Venetũ studijs condita, et ingenijs
Miratus nobis inuidit Deus æquoris, illamq;
Immergens undis, pderē nō potuit
Dumq; emergit aquis (mirabile) terminus orbis
Se plus quã humano subijcit imperio.

Initiū S. Evāgelij s[ecundu]m Joāni.

Principio rerū cum secula condita nō dum
Ulla forent, erat id verbum, quod semp adhęret
Aethereo regi, quodq ipsū est, omnia p quē,
Quo sine nil factū est ex his, quę facta fuerū.
Ipsi vita inerat, vita et mortalibus illa
Lux erat, et fulsit medijs lux illa tenebris
Nec tamē illa fuit tenebris cōprehensa, sepulta
Usq adeo fuerant, et mersa caligine cunita.
Missus homo ęthereo fuit huc ā sede, Joannes
Nōerat nō lux erat ipsē, at luminis huius
Testis erat lux vera erat hęc: quę illuminat orbem
Et quicūq venit superis demissus in orbem
Mundo inerat, per quē factus, nec cognitus illi est,
In sua rex veniens nō regna, haud sed receptus
Ipsē sua, quē populorē sui, sed quot quot in hoc spes
Credēres posuerē suas, gnatosq dedit illis
Esse Dei, genitos nec sanguine, carne nec pravis aut
Velle viri, sed sūmi tantū numine regis.
Et Verbum carne assumēs, ipsū est caro factū,
In nobis q fuit, nobis et gloria visa est
Illius ut sūma nati ā sede Parentis,
Hunc veri, et plenis comitata est gratia viris.

Deo gratias

In obitu Pauli III Pont.

Tertius hic Latiae defunctus amore quiescit
Paulus: qui cum una cuncta sepulta bona.
Candida libertas, hic pleno copia cornu,
Pax honor, hic probitas, hic sita iustitia est
Incorrupta fides, dubiis prudentia rebus,
Religio, hic verus cum pietate pudor.
Sic quibus insignis per secula vixerat artes
Non illum extrema destituere die.
Non igitur periit, sed Caeli redditus aulae est
Et duo nunc dénas iudicat ille tribus.
Montis in excelsum vitiis expulsa cacumen
Astrea antiquum fugerat hospitium
Mox ubi dum propria portentat mole ruinas
Hostibus (accursus) imperat illa suis.

De victoria Naumachiae Venetorum contra Turcas

Qua Leo pennis aquilae sublatus in auras
Fugit qui cauda lusserat, hostis, opes;
Et parat eoas iisdem contendere ad oras,
Vindicet a canibus, saevaque fana lupis
Sint faciles illi cursus, et numine CHRISTI
Imperet Eois, imperet Occiduis.
Ille indis   Ille Arabis

Paraphrasis in orat. Cl[arissi]mi oratoris [illegible]

Vt primum Imperij moderamen maxime Cæsar
Ferdinande tibi concessum numine diuum
Accepere patres nostri, cunctusq[ue] senatus:
Haud leuiter totas perfusi gaudia mentes
Cæperunt uarijs [illegible] rationibus inde.
Nam cu[m] sit Christi id ues primu[m] docmate sanctu[m]
Maioru[m] et nobis cura, notisq[ue] relictu[m],
Vt pacem, ueru[m]q[ue] dei super omnia cultu[m]
Quæramus, longè magnoru[m] maxime regum
qui sint, qui fuerint, pietatis te studiosum, et
Pacis amatorem subijsse potentis habenas
Atq[ue] onus Imperij iucu[n]dum omnibus at, iam
Haud scio, quàm patribus nostris nu[m] sit magis ulli
Vsq[ue] adeo pacis uere, et pietatis amates.
Hæc Auguste duo nobis co[m]munia tecum
Regia sunt Cæsar studia, imperantibus apta:
Nanq[ue] ubi diuinu[m] colitur castèq[ue], pieq[ue]
Numen, ibi haud tempestas est diuturna malorum:
Quin cultu, et pietate dei, uelut arbore rami
Virtutum exurgit cumulus dominatibus aptus:
At pacis studiu[m], quis iam sine uiribus esse
Consilij ue expers, laudis, belli ue gerendi
Cogitet? aut cassu[m] regni ratione regendi?

Nam cũ bella manus poscit, et cernere ferro
Res petat interdum, rerũ fatalis et ordo:
illuc se referunt, illuc demum omnia tendunt:
Vt tutò peragi secura per otia uitam
Contingat, licèt hic multi persepe subinde
Qua ratione queant regni protendere fines
Decepti specie, non uere et laudis honore
Omnibus et uotis, et uiribus expeniamur.
Qua tamen oramus tandem sententia cesset,
Exemploq; tuo queratur maxime cæsar
Pax, cõmune bonũ, pietas, cultusq; potentis,
Cuncta dei. Nam tu diuino numine ductus
Protegis insontes, propulsas crimina, fraudes,
Premia digna bonis statuis, tu lege coherces
Supplicioq; malos: demũ quo maior habens,
Hoc minus ipse tibi tribuis, nec grandia poscis.
Hinc tibi, cõmẽdat quod te, tam mite, benignũq;
ingenium: Hinc rerũ contemptus. nã õmia (mirũ)
Sub pedibus tibi cũ fato subiecta uidemus
Deuincts meritis, plusquàm mortalibus inde
Mortales: Hinc tot species, formasq; animatũ, ac
Nature, noniasq; dei cõmunis ad usum
Vtilitatis opes, sapiens mirare creatas:
Terrarũ idcircò reges diuinitus orbi,
induperatoresq; datos splendoris honore:

Quantum esse insignes deceat nō inscius ipse
Omnibus imperio subiectis, usq; benigne
Fecisti, faciesq; tuis pater optimus, et rex:
Inde animaduertens, deceat clementia quantū
Reges, imperij maiestatemq; gerentes:
Sæuitiæ ut genus omne tuis longe exulet oris
Curasti abscedit momento temporis ira:
Condonas hominū fragili permulta penitus
Ingenio: At studium pacis, quam Christus habere
Ipse dedit nobis, tulerit quas optime cæsar
Inter uirtutes: Utinā, qui bella requirunt,
Tanto audire queant studio atq; his proponet aures
Inde bone uigeant artes, idiomata linguæ
Hinc secreta patent naturæq; abdita rerū
Quicquid et abstrusum pulchriq; boniq; repertū est
Hinc gentes omnes modo non Germania tota
Pectoribus, totisq; animorū motibus usq;
Te tenet amplexu, miroq; sequi dat amore
Omnia nota tibi suscepta, fouerq; benigne
Hoc demū pacis studium, tibi præmia uitæ
Afferet æternæ sero tamē illud auemus
serius, aut citius cū omnes properamus eodem
Accidat, inspicias ut cōmoda publica mūdi.
Additur his nostræ que iā nō dubiæ habentur
Lætitiæ causas rebus perspecta uoluntas
Egregia illa tua in nos multis: additur illud

Ipse qui imperij es rector de stirpe creatus
Illa, que nos semper vestrumque piumque senatum
Amplexa et fovit et tutata benigne est
Hanc nec illustrem hic populi memorabo philippum
Regnatorem aliosque atavos longo ordine reges
Cæsareis claros insignibus hinc oriundos
Hos quintum ante alios Karolumque præ omnibus unum
ipse vices cuius geris imperij moderamen
Sicut adhuc rara fulget virtute benignum
Semper honore atque ornatu decoravimus omni
ille quidem ante alios longe clarissimus unus
ingenioque vigens divino, altissima cui mens
Haud aliter poterat nobis lenire sitimque
Et desiderium moderaminis ipsius atque
Consilij immensi quam ratione sibi te
Et fratrem atque pari erga nos virtute animoque
Cuidam et imperij sacras delegit habenas
Multa quidem Karoli clarissima gesta domique
Et belli apparent seclis memoranda futuris
Supra hominis vires: que postera censeat ætas
At nihil est reor divinum clarius ex quo
Fulgeat ingenium stupor et sapientibus illa
Quod tibi concessum ius et moderamen habendi
Imperij voluit fratri tot regnaque nato
Quæ licet haud animo sedeat sentita multis

Splendore illustris quos gloria tangit inanis
Si tamen hęc recta pensentur lance, parisque
Nullum consilij iudicium moderatius unquam
Afferret nullum fraterni certius atque
Splendidius nullumque paterni pignus amoris:
Nam pro quanta illi fulsit sapientia! quando
Is procul amota nulla que cupidine laudis
Rebus et admensum gestis, toties que peracta
Re bene christicolum se ceu seruatus ab undis
Æquoris in portum tuta statione recepit
Summum ad uitę diem ceu mortuus ut mox
Solutus uera potiatur carcere uita
Quę nam et quanta fuit uirtus! contemnere tantum
Tam latum imperium, tot honorum insignia! laudes;
Quamque nomen insolitum, quam uere regium et illud
Quod tot regnorum nato moderamina fratri
Contulit imperij, uiuus quo sæpe fruatur
Laudibus alternis huius modo laudibus unus:
Te uero ad tanti nisi regia uita probasset
Imperij molem institutum fraterna docerent
Exempla at certe quoniam prius ipse fuisti
Imperio dignus nunc te quoque dignus haberis
Qui Karolo succedas dignus ad omnia fratri:
Letitię causas breuibus percurrimus, sicut
Non angustet tibi solum sed nota sit orbi
Terrarum toto gratatum uenimus ad te

Legati uerbis nostris, iussu q; senatus
Nobbile quod supra quam quisq; dicere possit
contigit imperium tibi q; quicūq; potē tantus
sit splendor grauitas tantum sit ponderis auctū
Quam poterat q; nūc magis omnibus ipse benigne
Quam prius et facies facere et locus ipse monebit
Nota deo pietas tua cōmoda quanta latura est
omnibus! illa tua et prudentia iusticie q;
splendor et illa animi moderantia cognita cūctis
Quam iucūda nono et subiectis grata futura est
imperio nūquid nā est aliud sibi uelle uidetur
Alter homo est homini deus id nisi lege creatos
cū esse homines creatos homini causa reliquoni?
Quod licet ad cūctos pertinet super omnia in ipsos
Reges, imperiiq; gerentes culmina dictū est
omnis ab Æthera concessa est sede potestas
Qui gerat hanc riti atq; alienis cōmoda semper
is sua posthabeat quam quid ratione sonati
se similem prestat rex quilibet induperator
Exemplar ueluti est populoni effingere ad illā
Quisq; studet formā se: dū Dionisius ille
Mensuris immensis q; operam nauaret, ubiq;
Forma triangula erant depicta et sculpta simulq;
ille uoluptates amplexus catera spreuit
illius in Eron preceps cū plebē senatus

Hesit et extrema sūt omnia lapsa ruina
Cū nihil porrī haud ueni sit quę diximus
Ferdinande tibi cęsar gratamur amice
idq decus laudemq tuam spectare putamus
cōmoda germanę gentis christiq fidelis
Terranī amplexu lato quos continet orbis
Hos quod erat nostrū perfuncti hoc munere sūmā
Letitiam patrū tulimus cūctiq senatus
Leticię et causas legati expressimus omnes:
Virtutū haud minimā partem laudūq tuarū
Attigimus nobis nec mēs fuit illa referre
Pro sede imperij testati gaudia patrū
Diximus officij causa tua postera facta
Virtutisq etas digna mirabitur inde
Scriptoris monumēta tuis eterna relinquet
Gestis preclare exēplo Xenophontis ad usū
Posteritatis quę Agesilaus pulcherrima gessit
Complexi et laudes docti breuitate libelli
Sed tua nos tacite pro magna negotia cursu
Ad metam properare monent iam uela sub ipso
Contrahimus portu nec uotis omnibus ipsi
Hec petimus tibi quę celso nūc culmine regē
Sublimē imperij aspicimus diuturna beate
Tempora sint uite rerū moderamē haberi
Natorū fortuna tibi clarissima regū

Cæpit ut aeta ferat cito natorũ atq; nepotũ +
Oscula des natis qui te Karoliq; figura
Et factis referant qui nos nostriq; senatũ
Hæredes patriæ rectos et laudis auitæ
Vt nos defendant curent foueam tutemur amentq;

Ad Abbatem Biragu Mec
Romæ

42

Inclyta nobilium proles de sanguine auorum,
Qui antiquum insubria ducis ab urbe genus
O Birage meç Mecœnas optime uitæ
Digne quidem summo semper honore coli
Cum trahat affectum uarié sua quenq; uoluptas,
Et diuersa satis sint hominum studia,
Cum mea ~~plurimus fuit~~ Musa sibi uelut aspera bella recus
Anxia clamosi iurgia adire fori,
Et quoniam, tenuis si regia tecta frequentem
Non norunt tenues regia celsa uiros,
Expedit in solos agros ut ab urbe recedam,
Iam durum est urbis tædia multa pati
Non illic inuenies immensa palatia, summo
Qua tangant nubes uertice æthereas
Antra sed in uiuo rigebunt horrida saxo,
Aut erit e uili uimine texta casa,
Non hic pyramides extabunt, neue colossi,
Suspiciam aut stupidis uasta theatra oculis
Spectabo at quercus quassare cacumina pinus

42

Ad Abbatem Biragum Mediolanensem
Romę

Inclyta nobilium proles de sanguine auorum,
Qui antiquum Insubriae ducis ab urbe genus
O Birage meę Mecenas optime uitę
Digne quidem ~~[illegible]~~ summo semper honore coli
Cum trahat affectum uarie sua quemque uoluptas,
Et diuersa satis sint hominum studia,
Cum mea ~~[illegible]~~ Musa sibi uelut aspera bella recuset
Anxia clamosi iurgia adire fori,
Et quoniam, tenuis si regia tecta frequentem
Non norunt tenues regia celsa uiros,
Expedit in solos agros ut ab urbe recedam,
Iam durum est urbis tędia multa pati
Non illic fuerint immensa palatia, summo
Quae tangant nubes uertice sydereas,
Antra sed in uiuo rigebunt horrida saxo,
Aut erit e uili uimine texta casa,
Non hic pyramides extabunt, neue colossi,
Suspiciam aut stupidis uasta theatra oculis,
Spectabo at quercus, quassare cacumina pinus,
Nunc molem montis, nunc et amoena iuga,
Non hic audiero strepitus, nec multa sonabunt
Ad regum incessus aera canora tubae
Ast ubi pastor aget stabulis post pabula uaccas,
Atque ouium referent ubera plena greges,
Tunc, quae pendebunt uelut apta monilia collo
Mulcebunt aures tympana rauca meas,

57

Nullus erit doctus modulari musicus illic,
Qui varios certa temperet arte modos,
Dulcisona indoctus pastor stridebit avena,
Et volucres nulla dulcius arte canent,
Acclivem ascendam collem, aut per opaca viarum
Proficient celeres defatigare pedes,
Interdum laqueis, interdum rete volantes,
Fallam et viscato vimine cautus aves,
Lubricus in vitreo capietur flumine piscis,
Venabor timidas cum cane saepe feras,
Falce putare ulmos, vitesque aptare iuvabit,
Aptisque illas conseruisse locis,
Montivagi hic aderunt Fauni, Dryadesque puellae,
Capripedes satyri, cum Pale Panque senex,
Proiectus scribam viridi sub arboris umbra,
Permitidus liquida qua fluat amnis aqua,
Cura erit et studium gravibus consumere chartis,
Scireque iura fori, scireque iura poli,
Aurea non avidi rapient mihi pocula fures,
Nanque meam extinguent lucida vitra sitim,
Advecta Assyriis contemnam stragula terris,
Florida erunt vario prata colore tapes,
Frigoris expertes muros non vestiet album
Aulaeum, Belgi quod vehat ora maris,

Non positae excipient fessū mille ordine sedes,
   Bina rudi tantum ligna dolata manu
Castaneae molles, nuces, me poma cibabunt
   Atq; alia exculti munera praedioli,
Hic cum spirabunt Aquilonis flamina saeui,
   Me teget exilis, sed bene clausa domus,
Et sensim grati cū somni accesserit hora,
   Saepe caput languens annuet ante focū,
Scire laborabo nunquā, quidemq; tentet
   Molini innumero milite Turca ferox,
Aut ubi sit classis, quid nam rex cogitet Indus,
   Vel quid Gallus, Arabs, Maurus, et antipodes,
Nulla meos somnos grauis, aut mala cura fugabit,
   Liber et inuidiae, et fomite laudis ero,
Sic ueteres Fabij, sic tu Serane manebas,
   Cum nondum coepit tollere Roma caput,
Sic illi longos superabant Nestoris annos,
   Sic animum ualido corpore robur erat.
Non ego purpureos sperabo acquirere honores,
   Summorum aut regum limina adire procul,
Non affectabo reges acquirere amicos,
   Dediscam motus dissimulare animi,
Non timor obsequijs ne ~~[illegible]~~ longo tēpore multis
   In uanos abeat gratia parta Notos,

Siue obseruabo plantas, seu gramina terræ,
Seu montes, fluuios, aera, siue feras,
Tunc ego mirabor quæ uasta potentia summi
Artificis, quando hæc condidit orbe fuit.
Sæpeque cum uocem tenues iactauero ad auras
Suppetet argutæ plectra mouere lyræ,
Sic paruo assuescam lætam traducere uitam,
Cui tenuem uictum paruula mensa dabit,
At uos illustris quos priscum gloria auorum
Excitat, et tangunt stemmata clara ducum,
Vos quibus est aurum, quorumque in pinguibus aruis
Vertunt captiui iugera lata boues,
Mille quibus dulci despumant dolia musto,
Nec fortuna potens sæua nouerca fuit,
Qui regere imperio, et didicistis ferre triumphos,
Et quorum assiduos spes alit alta animos
Vos colere est æquum sacrati principis urbem,
Dedecet ah tantos rura habitare uiros,
Me sinite in solis campis inglorius errem,
Insideatque meo pectore cura leuis.
Vos manet altus honos, lati uos orbis habenæ,
Vos solium, et fato maxima sceptra manent
Quare agite astrictum uerbo dimittite nexum,
Quo uocat, et dulcis me mea cura trahit
Et uos ad magnam celeres properetis ad urbem
Illico, et admissis subdite calcar equis

Io. bap.ta Paulini

erra,
feras,
mini
fruct.
uras
lyra,
uitam,
dabit,
rum
ra duci,
ibus artes

Nunc molem m
Non hic audiero
Ad regum in
Ast ubi pastor
Atq; ouium
Nunc, quæ pend
Mulcebant

Ad. F. Philomelum

Non renui casu quamuis districtus acerbo
Polliciti philomele memor breue scribere uitae
Carminis curriculum uarijs et casibus actae
Diuersisq. locis, ex quo sors me inuida nobis
Corpore seiunxit, dum saeua canicula feruet
Et furit insani rabies inuisa leonis,
Ut scires nobis quam uires corporis aequi
Mentis adesse paret, magno nanq. usq. labori
Erumnisq. satis teneris uersatus ab annis;
Pignoris haecce loco uel parua dicamus amoris
Dum te rura tenent, uacuas ut sis potis aures
Praebere, illepidosq. iuuat percurrere lusus,
Paulum Socraticis excludas tempora chartis,
Ut cum fortunae ~~merito~~ uirtutis et ergo
Olim purpureo te plusquam regia pompa
Ornatu excipiat Romae, plaudente ~~populo~~ senatu
Ultro accedentem non dedignere beatus
Nostrorum et dicas, fuit olim hic de grege amicus
Quam plausus tibi, tam mihi Jucundumq. futurum et
Gratum animo officium, sed nos iam coepta sequimur,
Ergo ubi me primum patrijs deduxit ab oris
Sors ope amicorum me doctae Antenoris urbis
Excipit sedes; Fliscorum regia alebat
Hic pubes cura ipsorum studijsq. uacantem

Socino et bonamico tum florentibus illo et
Qui sparso capite ore patens sed cetera nanus,
Olim ridiculo delusit scomate reges
Dum se dissimulans alienę adscribier urbi
Curat ut externis quę dantur premia poscat,
Expulit inde animi defectus servitijq3
Ferre iugum indocilem inuitus detrusit ad artes
Officium scribę et rabulę, obiurgantibus, inde
Cognatis charisq3 parentibus, omnia mecum
Occepi quęcunq3 animo uoluenda parani.
Ut studia instaurem dimissaq3 munera teneam
Felsineas adeo quamprimum sedulus arces
Turritamq3 urbem quę Rhenus labitur, ecce
Horrida crebrescit domitans confinia late
Importuna fames rerum et uenalium egestas
Ater inhibat magno, tulerat quem rure colonus
Castaniisq3 panem et confictum turba petebat
Fustibus et gladijs certatim prelia miscens
Quid facerem? nam Roma aberat qui forte tulisset
Romulus auxilium quarto post mense reuersus
Inueni uacuum nummis librisq3; quid ultra
Infelix possem? Illic bisno nudus et expers
Confectum erit curis animum sęuissima tabes

Aggreditur somnus aurtens sedirat ore
Cum macie pallor, languentia lumina torpor
Casserat, heu quo me ferrem? inde redire pudebat
Re infecta, atque manere grave, et nos exitus illic
Expectare malus, medicos ibi consulo, narrant
Longo difficilem, curatu tempore morbum,
Qui in patrio hic et bene florebat faucibus dictus,
Ut repetam suadet dimissis otia musis
Exhilaremque animum in veram perdere malim,
Protinus heu patrias invitus viserem sedes
Accingor rursus, rursus me turba regressum
Occupat, adscribens quae sors inimica tulisset
Torpori et vitio, tandem sedatur, ibique
Post aliquot redeunt vires in pristina menses,
Redditus atque vigor membris longiore solito
Maxima sed quoniam studiorum ac temporis illic
Iactura abstulerat musarum spemque et amorem
Sordidulos quaestus gravibus dum sector omissis
Coniugio totam me non proli applico mentem
At me non dimissus tecum vix matris ab alvo
Suscipitur gnatus, mentem dolor occupat inde
Coniuge prerepta, quae vita charior ipsa
Necdum oculis fuerit, sic mors via probarat,
Hic parat insidias rursus cum matre Cupido

Magnanimo qualem Pelides struxerat olim
Illum captiuum tenuit dum compede vinctum
Unde malum damno grauius, quid plura? mi perd
Quod iam perdideram celebris cito tendere ad urbe
Suppetit, imminui questus nam ceperat, atque
Dimissas artes physici et reuocare sororum
Intermissa diu studia incepto grauis annis,
Deseroque ingenioque rudi ac desuetus ab omni
Doctrinae studio, quid fit? mi mentis in arcem
Colligo, sic reputans, bene nobis fluxerit aetas
Sic sine fruge? absit, meruorum siquidem habere
Contingit, danda est opera, ut quae fama superstes
Morte genus mortale rapit nos vindicat annis
Desidiae temporis numero ut despeximus mortem
Tunc Romae, mi Roma habuit, Farnesius heros
Imprimum celesti manu clauesque gerebat
Huius erat claro [illegible] nomine praesul
A Maiore domus, rerum cui summa potestas
Peruigili et fido [illegible], mi fortuna benigno
Obtulit euentu huic, fratris praeponit alumnos
Doctorem gratis, studio nauamus operam
His magno et ueteres sensim hic reuocamur ad
Sopitamque aciem mentis. Caliginem mersumque

Eruimus tenebris, dicendi copia nobis
Partaque scribendi, quantam hic expostulat usus
Mitis hyems Romae, nos estas et opaca tenebat
Marsis, qua vitrea pellucet Fucinus unda,
Hinc me digressum perfecto munere clara
Parthenope tenuit latronum non sine magno
Ac tempestatis pelagi discrimine vitae,
Hic ope doctorum Flavi patuere Salerni
Principis eximiae ut scriptori coniugis aedes
Nomen Isabella huic cognomen Villamarina
Haec favet ingeniis valeat quae foemina supra
Sed fortuna meis invidit perfida coeptis
Nec me passa frui diuturno est tempore dulci
Musarum otiolo, subito nam turba tumultu
Barbara proregis iussu perterruit urbem,
Civile immittens immani murmure bellum
Et crudele nephas, Romanusque quale nec ulla
Barbara gens vidit, cum iam excisae magna Saguntus
Troiaque, nec Thebis clara aut [illegible]
Hinc pater hinc gnatus [illegible] hinc socer
Filiaque hinc matre contra; divellimur inde
Sarcinulis omnibus arreptis, cogimur omnes
Arreptis vigilare armis, fugit illa Salerni
Lucani regum primaevus adit, illico furtim
Eripitur nobis cum scriptis parta supellex

Et me Parthenope ut iam felina viderat ante
Mutatum facto fortune rursus iniquo
Omnibus exhibuit, tandem certamine belli
Per vim sopito regi populoque subacto
Parthenopis positis armis, pensisque tributis
Presulis officio perfunctus accersor eodem
Insula in hetrusco posita est celeberrima ponto
Cumarum aspiciens portus baiasque salubres
Publica mandantur pueris mihi cura regendi hic
Aer sanis morbis magno, minimoque repertus
Ipsa re experto mendacia publica credi
Illic ex uno statim conditur moenia saxo
Nec tormenta domus formidat bellica pressa,
Illic Nereidum pulcherrima Davala regnum
Possidet, et tuta fixit statione penates
Publica sed ideo nunc ad mendacia iunctus
Quam postquam vanam sensi, multoque minoris,
Doctrine fructus quam formam perdere mecum
Sum ratus esse loco magni dissuadere questus,
Carmina in Camere surdo, pictaque tabella
Oblectare oculos ceci, variosque colores
Hic tibi non referam fortune que quatinque passus
Barbaricis dum confligitor cum gentibus, atque

obiectos uarijs terraq; mariq; periclis
Qualia non Itacę dominus, nō autius ille
Expertus docti calamo celebratus Homeri,
Iliaca, iamq; odiū peregrinandi ceperat omnis,
Et iam Taurus signos consicarat orbes
Transieratq; hiemis senexq; et ordine messis
Ex quo me parijs fortuna abduxerat oris
Cum grani ante oculos uisa est plorantis imago
Astare et supplex nostrū implorare fauorem
Aurorę exortu primo, cum somnia uera,
Nec erim uana fides habuit nā his forte diebus
Albertū (ut Edidici) crus fregerat inq; grabato
Languidulos aegr̄ sustentans strauerat artus
Hic meum; aut similis fato est magnum periclum
Imminet insonti, nostraq; opus est ope paruo
At ut perijt genitrix puero fidissima custos,
Succurrendū illi certe quicquid ferat illud
Ille mihi alter ego est, nec sū diuisus ab illo
Maxima parsq; mei ille ē, et diuturnior ille.
Mitto quod os tenero formandū est erudiendo
Crescat ut occulto arbor undis populus aeuo
Doctrina, uirtute cumulatus et ordine uitæ,
Est oportunum primis mansuescere ab annis,
Ut ferat optatos maturos tempore fructus

His igitur motus rationibus, exiliumque
Pertesus longinquique fastidia, durum
Visendi patriam studio gratiamque laresque
Parthenopem tunc solvo, rursusque in mitiora quovis
Consiliumque, fides, (dubijs prudentia rebus.)
Attilicis olim rapientibus omnia flammis,
Acceptos patriae tumprimum rettulit ortus

Cum

Cum patriam merito voluerunt nomine dici,
Omnibus unde etiam præponunt gentibus, atq;
Authorem hanc generis summo uenerantur honore.
Stemmate maste tuo, et claris natalibus aucta,
Maste tua sobole patria, ô, clarissima quæ te
Inclyta per cunctas generoso nomine terras,
Illustrat, meritisq; suis defendit ab hoste,
Hoste tuos olim populato sæpius agros
Cum procul abductis iam desolata colonis
Barbarico informes quererere sub hoste triumphos,
Squallore incultos capitis minor obsita uultus
Et miseris fœdata modis. Heu siquis acerba
Tempora adhuc recolit uidit crudelius unquam.
Nam quà præcipiti se uoluit in æquora fluctu
Sontius et liquidis dictum quà flumen ab undis
~~Arua rigans [illegible] sub moenia [illegible]~~
Omnia barbaricis ardebant undiq; flammis,
Horruit undantes tellus cum sanguine riuos,
Terror ubiq; necis, cumulataq; funera, cędis,
Atq; minæ, et strepitus, immixta furta rapinis,
Vis, clamor, gemitus, luctus, sacra mixta prophanis.

Tum consternatas hominum formidine mentes
Deseruere suæ, confortaq; corpora uires.
Non secus, atq; olim quando custode remoto
Sæua lupos egit rabies armenta, gregesq;
Sternuntur passim, et rabido feriuntur ab hoste,
Ille capi, hicq; trahi, huic immitti uincula collo,
Hic cædi, ille rapi externas (duci et) captiuus in oras,
Ille animam infixus fatum execrabile palo
Egit, et indigno genitor sub funere nati
Concidit, hic teneræ complexu auulsus amato
Coniugis abruptos suspirans fleuit amores.
Quo feror? et laxis quo me rapit ardor habenis!
Propositum repetamus iter, patriæq; canamus
Commoda, summa igitur rerum fastigia tangam,
Nec referam memores, illustria munera dotes,
Decreta, indulta, et leges, rescriptaq; sacri
Plurima pontifices, quæ concessere, bonumq;
Hinc orti plures clarissima nomina quondam
Induperatores patriæ monimenta uetustis
Exarata fereq; exesa uolumina chartis,
Quæq; sacro patriæ custodes numine quondam
Nomine de patrio series longissima regum,

Largita

Largiti populis priuata, et publica mittam,
Necnon prætores quæ plurima dona senatus
Consultis decreta suis sanxere sigillis,
Implorata alijs necquicquam gentibus, usque
Gratum adeo nullo patriæ non tempore nomen,
Nam gemino hæc dignata fori, ac ditionis honore
Omnibus Italia prestat regionibus una,
Externas nedum superet, quid barbara regna
Laudibus, et patria meritis et nomine certent!
Audeat extremi contendere potor Iberi!
Aut Rodani aut nostro diuisus ab orbe Britannus!
Diues arabs sileat, nec flauas lydia arenas,
India non hebenum, nec iactent Thura sabæi
Nec medi, æthiopes, aut seres grandia dona,
Etsi delitijs pulchris, pretiosaque gazis
Regna, tamen patriæ splendore, et stemate, necnon
Moribus, et cultu, doctrina, legibus, arte,
Non modo quæ superat frugum omnia copia, cedant.
Hoc fuit extremis olim quod partibus orti
Auares, et turcæ, germani, pannones, atque huc
Confluxere gotique, scitæque, et vandali, et Hunni,

Scilicet ut pulchra nostris fruerentur in ora
Delitijs, regionis opes, et commoda fruerent,
Qui assueti hoc, positoq; fero sub sydere cultu,
Optarunt condi, nostraq; senescere terra,
Nec uoluere locis nisi uindice cedere ferro,
Non tulit haec saeuos tellus ingrata Nerones,
Nec gemuit quisquam tauro hic inclusus aheno,
Nauita non Scyllam hic, non horrida mõstra uiator,
Bacchantumue nemus formidat inhospita rura
Qualia multa uident peragrantes ~~barbara~~ extra regna,
Haec facilis tellus, et amica colentibus, atq;
Ingeniorum apprime ferax, studiosa bonarum
Artium, et indignae fraudis, uindexq; malorum,
Hospitijsq; patens, mitem clementia coeli
Reddit, et exculti studio, curaq; politi
Ingenui mores, deductaq; stimate uirtus.
Hinc plures orti clarissima lumina coelo
Effulsere uiri, uerbo contagia sueti
Pellere, et extinctos reuocare ad lumina uitae
Qui uerum effuso testati sanguine nomen

Authoremq[ue] Deum celi meruere coronas,
Immortale decus, cunctis memorabile seclis,
Templa quibus, sacrisq[ue] aris redduntur honores;
Hinc pius et factis et claro nomine primus
A Decimo qui templa diu romana tuendo
Occumbens tantum patriae decus attulit, illo
Non secus ac magno se ut iactet caesare Roma.
Hinc sacer ignipotens preclaram Antenoris urbem
Qui colit extremis celebratum numen in oris,
Quid memorem sancto matronas corpore templis.
Virgineosq[ue] choros? superest incrementa cohortis
Hinc exorta atavis et claro sanguine, quodam
Tyndaridis nomen, quae gessit, dogmate sacro
Se confessa deam, votis et numine pollens,
Hic semis ossa vigent, qui sacro complet odore
Oppida, nec patriae non latos undiq[ue] fines.
Hic patriae custos, hic cui fortuna beato
Indidit aeternum mansurum nomen in aevum.

[illegible] hic Gallum [illegible] quodam
[illegible] astra [illegible]
[illegible] aliosq[ue] [illegible] paulo [illegible]
Quid memorem [illegible] scripsit Sabelli.
[illegible] Chrisogonus [illegible] haud [illegible]

[Marginal and interlinear notes in a later hand:] celebres

Cum solitis ortus hinc est, quis sacra quotannis

Cuius et [illegible] quis [illegible] ferta Kalendis

Cum solitis [illegible]

Hic venerande senex inopum pater, et miserorum
Numen adorandum, tellus aspersa cruore
Cuius adhuc, Spania servaris conditus arca,
Et quos praetereo clarissima numina mille,
Mille suae qui olim dederunt documenta salutis.

Iam vero regionis opes, iam dicere formam,
Atq; situm aggrediar. cursum vos pandite musæ,
Principio patriæ sedes, atq; ambitus omnis
Mœnibus, et tuto circundatus undiq; vallo
Apparet, vicis densissimus urbis ad instar
Haud regionis, et innumero, populiq; frequenti
Concursu celebris, propria mirabile tanquam
Naturę nitentis opus, suffultus opum vi.
Qualem nulla unquam viderunt sęcula terræ
Orbe, nec undisonæ complexibus Amphitritis.
Numinis ingenio alma suo cum protulit orbem
Hanc rerum natura parens præsaga futuri,
Ne dicam et regionis opes, et commoda possum

Barbaricus dant assiduis furor hostibus olim,
Nam quà Vindelicum porrecta est finibus, et quà
Norico, et Illyricis, celebriq[ue] adversa Timauo;
Perpetui cingunt montes, tum redditur inde
Fluminibus necnon tuta inde, meatibus ora
Pluribus aequoreos cumulant qua maxima fluctus
Quin etiam Hadriacis tutissima portubus, austri
Flatibus accessus praedonum libera temnit.
Planities patet hac medio latissima campo
Irriguis faecundus aquis ager omnia complet,
Hic Utina [siue est] jacet medio regionis, et ore
Urbs, opibus pollens, cultu celeberrima et armis
Consilijsq[ue] uigens, et auito stemmate clara,
Innumero celebris, sapientiq[ue] ordine fulta;
Sat et numinum siue sang. fortis ~~[illegible]~~ siue militum pube.
Nobilis hanc olim proprijs Aquileia ruinis
Extulit, et rerum facta est pulcherrima mox [et]
Pulchra futura magis, uenietq[ue] cum proxima laud

Qua subiecto breui diffusa est area campo
Et ordine custos, et equestri exercitio ludo commoda
Spectabit toto quesitos orbe triumphos.
Praetoris tumulo sedes supereminet urbi
Aggesto Attilicis (ut fama) umbonis ruinis,
Magnificis effulta tophis, atque alta columnis
Regalique situ, et latis speciosa theatris.
Quam uirides late, campique, excultaque rura
Perspicuam longo reddunt per inania tractu,
Utque minora polo circumstant lumina phœbum,
Oppida perpetuis cingunt pulcherrima uicis,
Edita quae in tumulis, depressaque quae uallibus imis,
Qualis effulgens uiridis diadema smaragdi
Aut uariari solet regum noua purpura pompis;
Irritus hic numerare labor, satis omnia solo
Nomine sub patriae comprehendere, singula namque 13
Huc referunt summis de rebus tempore certo
Conuocat et patres primatisque accipit una
Qua peditum custos, ludoque insignis equestri
Florida subiecto diffusa est area campo
Regia praetoris tumulo supereminet urbi

Regia pretoris, simul hinc decreta senatus.
Haec loca saturnum quondam coluisse putarim
Cęlo detrusum terris, latijsque prosum
~~Forte~~ occa^cũ latebrjs, nostros errasse per agros,
Et docuisse homines telluris munia, vitis
Inserere, et longa scrobibus propagine fossis
Sufficere, ac sigetum, diversaque semina frugum
In varias verti species, cultuque priorem
Inde suo rursus mutato corpore formam,
Temperiemque solo, cęlumque dedisse salubre;
Diversa in venis terrę ostendisse metalla,
Artis et facilem, qui nunc est usus aratri;
Quem voluisse suo de nomine sęcula dici
Posse hic pp̄o frugũ nisi noverit hospes
Muneris et Bacchi quam plurima copia cornu

Nec te sancta Ceres, natam dum quaeris in omnes
Non tenuit regio hac terras, remorataque cursus
Creditur usque tuos, paulumque levata dolorem
Dum pingues lites campos, et collibus aptos
Seminibus varijs, mirataque flumina, aquarum et
Divitias, atque lacus, saltusque et laeta iuvencis
Pascua, et assiduis manantia fontibus antra,
Necnon irriguis hortos pomaria rivis,
Qualis hesperidum quondam Alcinoique ferunt.
Et divinum acre virum genus hoc, patiensque laborum
Unde tibi chorias et grandia munera liba,
Sacraque ruricolae cerealia nunc quoque servat,
Ut tua Tryptolemo talium monumenta supersint.
Quid maiora feram? genitrix (fas dicere) virgo
Unica virgo parens, et authorem enixa salutis
Naturae supra vires hominemque deumque

Haud dubitanda sui patriæ monimēta reliquit
Splendoris/tutelę, et quę sibi maxima, curæ.
Candida cum solida fixit vestigia petra,
Qua viget antiquum montis di^e nominē templū
Relligionē sacrū votis et numinē divę.

n.

rsans.

Reverendo Sacrae Theologiae Mag.ri
Petro Ant.o Petrinensi, Alexandri Paulini
Carmē

Antistes venerande mihi (sed ex omnibus unus
Interpres sacri es dogmatis eximius)
Parthenopesque olim cum moenia Barbarus hostis
Concuteret duris agmine temporibus.
Quem gravis eloquij decorat suadela verendi,
Maiestas, virtus, cum probitate fides.
Ne mihi si hinc abeas donatus munere nullo
Hospitij atque mei sim memor officij
Muneris exigui sed magni pignus Amoris
Accipe cum pura haec carmina nostra prece.
Ut qui caelesti quod fundis pectore manna
Pascis, oves sanctū detur ovile tibi.

Ad ~~[illegible] Baptistam [illegible]~~

Ne tibi spectanti choreas, conuiuia, lusus,
Forte licere putes ~~Bacchanalia~~ Dionisia uiuere semper,
Neu sine fruge tibi permittas tempora labi,
Musarum, oblitusq; tui, monitusq; parentis,
Ad te nonnullum, patris haud leue pignus amoris,
Perferri libuit praeceptum; quod potuit uix
Mens haurire statim nimio confecta labore;
En tibi quanta manus, calamiq; potentia nostri
I nunc, extremum et me inuito. i. tutus in orbem!
Quo paulum circa mentis te collige in arcem,
Nec tecum recta fac non ratione rependas,
Prodicij (ut ueteres memorarunt) Herculis instar,
Ad quid sis genitus; num te natura creauit
Ad decus, et rectum, uel ad ocia turpia, segnis
Deditus ut uentri stertas, et lusibus usq;
Seria contemnens Epicuri et dogmate fultus
Nil cures animi recto medicamine morbos
Tollere (pellere): at extingui uirtutum semina deses
Usq; feras, uiuens humano corpore brutum
Antra, uolutabra, atq; immunda cubilia uersans.

Quod si praeclarum est virtute excellere: sola
Quae valet invita felicem reddere sorte,
Nec vitiis caruisse sat est, nisi luminis splendor
Virtutis propositum micet; fac pectore toto
Complexam hanc teneas, recto ne tramite quicquam
Te moveat, fortunae commoda, blanda voluptas
Illecebrae veneris, ne falsa cupidinis aura
Quin quod te dignum facias, dicasque, putesque
Semper ubique: tuae nam maxima concita spes est
Indolis, hanc magna frustreris non sine fraude,
Si prava peragas florem rationis iuventae;
Haec pugnanda tibi, prorsus vincendaque pugna
Non potes sine potis est; Bellatrix maxima semper
Dura parata tibi; tamen hanc constantia vincat
Perpetuusque labor; fiet qui summa voluptas:
Olim scis, multos, aliena ut regna viderent,
Deseruisse lares proprios et dogmata adeptos
Prudentum rediisse domum; unde his gloria fuit
Inclyta: nam quondam peregrinas visere terras,

Vt patriæ importes saluberrima dona ferenti,
Non modo non turpe est, sed dignū laude putandū:
Hac totum ratione Plato percensuit orbem,
Et patriæ rediens incepit Cyclopædiam:
Ibi quoq; insignis Sophiæ scitator ~~abunde~~ et author
Ortus Clazomeniis, urbemq; atq; arua reliquit,
Democritusq; suo patriam ditauerat auro,
Vt uacuo studijs animoq; et mente uacaret,
Quid tibi romanos? quid Athenis stemate claros?
Non referam Decios? Robortelum ue disertum peritum?
Non Aloisinos? Philomelum? Partheniumq;?
Dimidium nostræ ecce animæ uirtute columnus
Insignis, ecce Boetius inter ut astra micans sol,
Aemoniæ decus, en alios patria haec tulit ætas,
Quis patrium liquisse solum uirtutis amore:
Non graue, iucundum magis est, summoq; decori
Sunt patriæ ser ~~probi~~ recte præstant exempla iuuentæ:
Tu uero ætate hac tenera et puerilibus annis
Spe tanta ingenuas cui sit tua prima ad artes

Egregiumque decus, torpescis: nec tua scriptis
Nomina clarescent: miserum in peregris aevum
Sordibus: et proprijs animi, quae sunt bona vere
~~Omissis~~ contemptis aliena sequens fugacia demens:
Affluere externis, animi cui sunt bona, in suis:
Nescis nil nobis extrinsecus esse petendum:
Omniaque in nobis: nobisque licere beatis
Esse satis: bona cuncta una virtute sinente,
Regnum, divitias, suadelam, munera, amicos:
Tempora si vitae redeant mihi, filaque retro
Nent queant parcae, ut sit florida, quae fuit olim.
Quaeque tibi est aetas, mihi me genitore favente:
Non mihi praeripiat psalmam, aut praemia quisquam
Palladis, aut studio discendi animam exsatiarim
Sedulus, aut unos, fumosos vitaque relinquam:
Qualis Alexander magnus, vel Caesaris instar
Et regno spolians doctrinae et laudis peritos:
Nunc licet octavum volant tempora lustrum
Carnis: si vetulo studiorum copia detur

Nullum etiam seris non cessem nomen ab annis
Nec totam tibi magni Cato, tibi docti Budee
Laudem, matura gravior aetate, linquere
Eripoti, linguam: Sed non modo senior aetas
Invidet excacto diuturnam tempore famam,
Exiguus atque census, levis, imbecillaque parvi
Corporis, atque animi compago, haec laude decoris
Me tanti fraudant: tu suffice gnate, vicesque
Suscipe, cui vires animo, cui vivida virtus,
Ars tua, cuique labor census, studiumque bonorum.
Per te, perque pii obtestans precor ossa parentis
Cuius non animi partes tantum, sat summa, vultus
Ipse ~~genus~~ refers, nostrum temporibus, tu vindica honorem
Virtutis studio: haec dabitur duce sydera coeli
Post expanclatos animi, mentisque labores
Scandere, et aetheria comprehendere gaudia sede.
Quod si, ~~quod~~ nolim, ~~tua nos~~ offendent olim
Segnities, animumque tibi praecordia torpor
Praecipitem vitijs grassatus merserit oti,
Quod in te nolim nec vere unquam.

Ipse vel oppressus curis, cui sarcina iniqua est,
Cedam deficiens, in te q onus omne recumbat,
Tuq gemens mihi qualis equo successit Asellus,
Non ullo pondus graue tempore depositurus;
Vel si mearum quid erit mihi, serus ad altos
Doctrinę virtutis gradus ducar scandere conor,
Tu vero et tenebris animi et squallore sepultus,
Omnibus inuisus, spretus, nauciq putandus
Mendici, trappę, at nebulonis nomine dignus,
Obscenam ducas peragas q per ocia vitam.
Plumbeus et caudex stipes, purissima ventris
Ingluuies, barathrumq, vorago, Charybdis
Foedus Harpyis monstrum, ignivomaq chimera,
Explosus cunctis, sibilatus, fex hominum et pus.
Cui nullę pateant latebrę quin saeua poetę
Archilochi infligat latitanti vulnera telis.

Aurea purpureis alis nitidissima pennis
Soli sacra, vices seruauerat usque renascens,
Usque vices moriens post secula multa renata,
Exsors coniugij, nullos et passa hymeneos,
Lætaque perpetuo et pia uirginitatis honore,
Cum forte Arabicis Latias ost. Palladis oras,
Troius Antenor qua menia condidit urbis,
Numinis aduectam uice, primo Celitus hospes
(Nam nihil est hominum quod non effluxerit inde)
Donat habere uiro, quem docta fama regendæ
Tum proceres urbis erant preclaro nomine Fuli,
Inclyta quem gemini decorant insignia Iunis,
Et bouis ac domiti spolium que ~~stemmata~~ insignia gentis;
Protinus accepta, seruandique tradita cura
Virginibus uolucris, quarum que prima Camillaque
Nomine aui uxorem referens uirtuteque clara,
Inter et eximia natas pulcherrima forma
Illius ex placito genitoris munere donum
Et vice pretoris recolens patriosque primarij

Attilicamq urbem uolucris studiosa parentis
Mandato casia cum Thuris alebat odore
Delitiasq suas, Unam hanc, curamq fouebat,
Posthabitis illam comites noctisq diesq
Sollicita ipse memori nunquam non mihi gerebat,
Virgineo comitem decoris, comitemq pudoris,
Jamq uias quoniam ire redire solebat easdem
(Nam mulsis longo pennis instruxerat usu)
Nam modo ab excelsa uolitabat in culmine turris
Alto Colle modo, blanda modo uoce uocabat
Arcis ab antiquae pagi tecto de nomine pagi tino.
Exoriens ubi rutilans splendentia solis
Lumina spectabat, memora et prope Sylvicolarum
Nympharum magalia, virginitatis amica
Numina usi, nidum hic iam ut corpus adoreverat alto,
Morte suo quem post seruaret secula prima,
Struxerat illa loco, proprij non immemor ortus
Feliciq obitus, cum vidit in aethere summo

Imprimis stantem librari corpori primus
Se super accipitrem, quem summari Regulus alto
Illustris, cui dant cognomina lilia, nomen
Is, Porsenna manus foculo cui abduxerat olim,
hostis sui metus victoris remiserat urbem
~~Talionis~~ assuetus et validum in certamine, visam
Acceperat ~~Alesiat~~ in praedam, primum hoc trepidam paventem 3
Inde manu posito volucris miram decorem
Iucundumque oculorum aspectum, et splendida rostra
Imperii indicium cum maiestate verenda ac
Fulgentes collo ceu clara ~~tanquam~~ monilia plumas
Dispositasque ungues speciem feritatis aduncos
Insolitos tandem sensit sub pectore motus
Phoebeoque magis fervidior igne calores
tota abit in flammas
Protinus exardet nec sic iam illa nunc
Excussum in cineres miratur ut non solebat
Nec fugit, et luctu mali sic dum perspicit hunc
Expectans trepide quis se demittat ab alto
Aeris liberam ut pateat spem invitusque
Quod nec speraverat nec formidaverat ante

At paul accipiter speciem miratus ~~[illegible]~~ amicae
clarae
Eluxitque splendidius fulgetque ignem micans
~~Ut [illegible] solem volitans~~ [illegible] qua pridam crediderat an,
Ut primum vidit
Dricolor brisurus insidiarum qualis vel alis
Demissum fulmine solio, vel bellica quadrigis
Viribus acta phalanica, mox lumina postquam
Splendida virginea vidit perfusa decore
Et cristas capiti, et collo circum mobilia plumas
Aurea, purpureis decorantia cetera pennis
Insolita capitis specie, fulgoreque forma
Unguibus contra illam aggreditur, rostroque undique
Admotis plaudit solito sin mitior alis
Et circumvolitans voce hinc pipilare illuc
Blandula et adiungit rostro in luco oscula rostri
Et gravius mirer quamuis se [illegible] quem
Non tamen ille potest, tam servoris in illo
Conscius intimoque tantum quod credere dignum est
Cum roseo dum illi blanditur corpore laedat

Vngue carnem e medico conspergat sanguine vestem
Illa autem immodo sudando corpore sistit
~~Et~~ formidanti similis, tremulior inde
Paulatim multo magis et magis compressum gut[tur]
Itaque novo fidem [illegible] sedula nido
Pastori qua nulla via vestigia monstrat
Quo pullos fovet, nec corpus adurat inane
Mollibus et plumis tenuis et graminis sicco
Immemor ~~hinc~~ domini revocantis ad alta volantem
Falconem dominus olim frustraque vocavit
Pone sequens liquidum nando secat aera, domum
Vivere sueta prius castris cum thuris odore
Vestimenta [illegible] prius complet compar lectum
Distinta discursibus naturae constans [illegible]
Denique multo parvo coeunt [illegible] ambo
~~Aerificis~~ speciem novam in nubibus aequis
Falloppianum [illegible] admirabile [illegible]
Odore, ~~sic carnis ista capo [illegible]~~
Sic [illegible] speciem [illegible] emittit in [illegible]
Quae non naturae pars consentit ut alia [illegible]

Altera virginei generosa surgat ut ordo
Et noua stirps volucrum nascatur origine mira
Aurea purpureis rutilans corpore plumis
Virgineos referens oculos animumque decorum,
Ast animo et factis genitori alterque volanti
Insciens et pullis ut noscat utrumque parentem
Id partus igitur volucres noua copula amantum ~~[illegible]~~
Aera per ~~requiem~~ vacuum dominatus atra possit
In genera et species volucrum, mirentur amantes
Falco [illegible] nostra genus quale ~~admirabile~~
exemplum ut praedas cumulent — Regem et poscat sibi aliquis arma [illegible] stirpem
Et rostro valeant volucres [illegible] virginis [illegible]
E regione Ausonii ut [illegible] fortis [illegible] ab ore
Vivit, et aeterno nostrum ~~[illegible]~~ memorabile carmina possunt
Nomen in omne [illegible] dicant qui et [illegible]

*Ad Cornelium Frangipanum Iurisp.
et Oratorem eximium.

Cum geminae atque pares tibi splendida tecta sorores
Celsis pyramidum molibus aequiparant.
Altera dicendi sapiens facundia iuris,
Facundi prudens altera cognitio
Quis simul Oratorum chorus, Dea suada, Venusque
Flexanima orante supra geminas statuunt.
Cuius et Ausoniae urbes, et Germania testis
Dux Venetum, Patriae anxia turba rei.
Candor, et his animi, pietasque accesserit una,
Propositique tenax, mens invicta, atque fides
Divinumque fere praeclaris rebus agendis
Consilium, et geminae munera Iustitiae
Denique cum superum rex tot bona cesserit uni
Quot solet innumeros accumulare simul.
Quae si quis proferre velit, (nam stemmata gentis
Omitto illustris) plurima, te sit opus.
Nec tibi pro meritis (quid mirum) manderitur honores
Haud minimis eveniat, vociferant liber.
O seclum Inscitiae et nos ingrata propago
En qui fraudantur munera qui ue gerunt?

Alexander Paulinus

AD Cl.mum Pretorem Patavij Hieronimum Justi

De Excell. Boetio Jurisconsulto

Neptuni qui sceptra geris justissime frater
Atque uices Domini dum moderaris opes.
Ne mihi dilata justi mercede laboris
Damna ferat nimium prole grauata domus
Comprime ludentem uarijs uos Protea monstris
Lubricus immensas protrahit usque moras
Sic diadema tibi decursu cingat honorum
Tempora, sic bona te pax sit in orbe Duce

Alexandri Laulini

De Excell.mi Susanij filia

Qualis Abram fidus tibi dilectum obtulit olim
Isaac mandatis deditus usque tuis
Hanc tibi Rex superum gratus Susanius heros
Vnam pro multis dedicat officijs.
Hanc tibi, summe libens, et justis annue ceptis
Vt uigilet sacris sacra ministerijs.

Alexander Lau

Fabula Francisci Amulij

— Amici duo, et Ursa. —

Ruris visendi studio Amici duo simul iter faciunt, et dum varia inter se ut mos est colloquia ineunt, iocisq. inseritis viam levant. Ursa forte fame edacta obvia occurrit, qua conspicata ambo sibi metuunt, incertiq. ac de vita quasi desperantes, caeterum alter vitae consulens proximam arborem ascendit, alter vero destitutus amici ope anceps quid ageret, capto tandem consilio se mortuum agit, resupinus humi iacens. Ursa autem accedens prostratum circuit, putansq. cadaver, statim abijt, ferunt n. ursam a cadavere abstinere. At qui arbore latuerat confestim desilit, amicumq. adhuc trepidantem, quid sibi in aurem ursa dixerit, rogitat, ille eius agnoscens infidelitatem, respondit, me cum fallaci amplius Amico, neq. me secum proficiscar admonuisse.

Amici duo, et ursa.

Rusis amore olim sub aprico tempore veris
Carpit iter geminus per loca nota comes.
Florentes ambo aetate, et juvenilibus ausis,
Fidentesq. animis, consiliisq. pares.
Multaq. dum varijs de rebus habebat uterq.
Colloquia, atq. iocis saepe levabat iter.
Ieiuna ecce fame sensim illis aeta propinquat
Obvia, et in media constitit ursa via.
Corda pavor subijt iuvenum, et trepidantia membra
Unguibus ambo timent dilaceranda feris.
Quid faciant? frondosa alter salit arbore velox.
Praecipiti vitae consuluitq. fuga.
Alter at et animis fine spe, et fine viribus, impar
Cumq. fera ut posset consemisse manum.
Fluctuat huc, illuc trahitur mens anxia ...

Cumq. fera ut posset consemisse manum,

Fluctuat, huncq. illuc trahit mens anxia morte,
Et nil consilij quod capiat ille, habet.
Tandem mortui humo se corpore projicit instar,
occlusum respiramen vocis, & oris iter,
Ursa adijt, victum admonuit, nec mordicus illud
Tangit, at esse putans vile cadaver, Abit,
Corpus n. defuncti homi: nec tangitur Ursa,
Consimilibq. ferunt abstinuisse cibo.
Arbore at occuluit qui se cito desilit alta
Et trepido socio talia dicta dedit.
Quid soden tibi in auriculis fera protulit Ursa?
Morte obita simulas dum resupinus humi?
Subdidit urbano & salso sermone renidens
Expertus comitis perfida facta sui,
Amplius infido ut nequeas coniungeris amico,
Perq. tibi simili non comitatus eam,

Dignus amicitia non est, nec amicus amico
Qui in miseris rebus semper recusat opem

Aemilius Vincensis

Viderat Alma Venus vastari ab hoste Cithera,
Atque suas sedes obsidione premi.
Martem adit expansis per eburnea colla capillis,
Vix ab, ius teneris parcit et illa genis.
Anne ego post multas Caedes his finibus inquit,
Pellar, et amissis sedibus exul ero.
O dolor, o pietas, iam barbarus hostis habebit
Oppida delicijs facta superba meis.
Ah pereat potius, Mars optime perde cohortes
Urbibus e nostris hanc cito tolle luem.
Pro te bella geram, faciam quodcumque iubebis,
Mars ait, amplexus hoc memento tui.
Pone metum Cythiona tuos tunc credimus hostes
Victores, quando Mars quoque victus erit.

Bernardinus Lucatellus

Alexander Paulinus ~~Ad Amicum~~ quẽdã

Infra quod modicam posui tibi vespere cenam
Vix credas quantum Ipse angar, et excrucier.
Et quam debuerim videor fecisse minoris
Quon mihi nõ cunctis praeposuisse nefas.
At magis id multo male habet me, quod tibi magis
Obtudi tessũ garrulus usque caput.
Ut quamvis lauta quavis acceptus opima.
Tu tamẽ haud poteras inde redisse satur.
Quare tibi stativi tanto pro crimine poenas
Sponte dare, ut petcem hinc parius et levius

Adhortatio ad bellum contra Turcas,

Jacobi Fanii

Si grauibus quondam decuit certare Camoenis,
Atque mares animos ad bellum accendere, ut acreis
Ultro ineant pugnas, martemque videre cruentum
Nil metuant, urbes capiant, et regna receperint,
Nunc tempus passim hortari, nunc excire omnes
Carmine Maeonio, aut quali Tyrtaeus ad arma
Impulit, instructasque acies in praelia misit
Inflammare animos aptus sermone, modisque
Acribus instando vates bonus, atque monendo.
Effera Turcarum gens bello, et fortibus ausis
Assueta, impia, dira, orbi dominarier ausa
Credens, et se ipsa dum somniat se posse triumphos
Ducere, servitium miseris, et vincla minatur
Christicolis, classemque parat, dirasque phalanges,
Et totum ferro, ac flammis pervertat orbem.
Qualis in lucem colubri, quos frigida terra
Texit hyems, nitidi exuviis, subitaque iuventa
Exiliunt, linguisque micant tetro ore trisulcis,

At nullus contra arma parat, nemo agmina cogit;
Communi nemo excidio, instantique periclo
Auxilia opponit, nusquam vis ulla resistit;
Quo nos segnities passim regesque ducesque
Terrarum incessit? quo nos mora? quietus veternus
Occupat? Europae quo gloria prisca recessit?
Res cunctorum agitur, nil cessat perfidus hostis,
Discordes animos gaudet fovere, fovetque
Muneribus, fovet induciis, atque arte, dolisque,
At contra magno concordia firma dolori est,
At sibi tum metuit, sceptris diffidit, et armis
Tum vero ille suis, tum se abdere maximi in oras
Cogitat extremas, tum magnae temperat irae.
Quare inter vos o tandem regesque ducesque
Conveniat, certis tandem nova foedera iuncta
Legibus, et studio, atque opibus socia arma parate
Non unus tantum, aut alter, sed quicquid ubique
Est regum, atque ducum, magnas coniungite vires,

Diversis instate locis, disiungite turmas
Multiplicesque premite, ut nusquam consistere, nusquam
Apparere ausit, nusquam sit denique tutus;
Ceu datur infestis pecori consistere nulla
Parte lupis, multo hinc, atque hinc clamore fugatis,
Cum ruit ex tectis propellere rustica pubes,
Atque canum late resonat latratibus aether.
Ut communem hostem incepti, rerumque suarum
Poeniteat semel, iniusto et desistere bello
Constituat, nullum posthac timeriique lacessat,
Inque o cui medijs regnare in fluctibus ipse
Rex superum dedit, inque omnes sic idem dabit annos
Imperio iusto vivens respublica, qualem
Nusquam orbis vidit, quamvis Romana iuventus
Perdomitas late terras, ductosque triumphos,
Cecropidae iactent leges, Persasque togatos,
Praefer opes invicta tuas, nunc exprime vires

Quid ualidi possint, quidq ingens consilij uis,
Quã te consuleri, et uenerari assueuerit orbis,
Instruere omnigenasq rates, ualidasq triremes,
Et duci consulto complere, et milite lecto
Cura sit, et primo deducere tempore quoq,
Sedula tum moneas mercedi æquare laborem,
Et uirtutum æque dites, inopesq parentem
Iustitiam agnoscant, alacresq in prelia tendant,
Sic tibi cœlicolæ cursum, uentosq secundent,
Immanemq hostem confecta occumbere pugna
Omnibus aut captis, aut mersis puppibus undis
Dent, sic inuicto redeat fortuna Leonj;
Et noua quæsitis contingat gloria regnis

In victoriam navalem adversus Turcas,

Iam nil tristitię, nil iam formidinis usque
Sit veteris, gaudete omnes terręque marisque
Christicolę populi, decet exultare periclis
Ereptos magnis, templisque indicere honores.
Nunc grates agere, ex animo nunc fundere laudes
Cęlitum Regi properent iuvenesque senesque.
Is dat enim a dira Turcarum gente timere
Nil alias nobis, en captos navibus omnes
Amissis tremere audimus, gens effera vinclis
Pertrahitur, licet en magnos spectare triumphos,
Quantos nusque orbis vidit, non secula prisca,
Non Roma ipsa dedit, magnas licet illa phalanges
Fuderit, et late imperio subiecerit orbem;
Nunc agite o vatum doctorum quicquid ubique est
Debellatum hostem, et consertam dicere pugnam
approperate.

Approperate, sciant Indi procul, atq; Britanni
Turcarum excidium, depressaq; barbara regna,
At vos, qui invectis pugnastis fortiter armis
Magnanimj heroes, gens vivida, Martia proles
Pergite reliquias contento absumere cursu,
Ut nusq; tellure ausint, nusq; consistere ponto,
Sicut, ubi excrescunt montanis imbribus amnes,
Sternuntur nemora, et fruges, sternuntur et agri,
Aut veluti, siquis sylvis arentibus ignem
Iniicit, uruntur flammis crepitantibus omnia,
Et potis est nullus Vulcano obstare furenti,
Adriaci patres, felix Respublica festum
Hunc celebrare diem, persolvere vota benignis
Caelitibus, regna his accepta referre merento,
Hi ut vincere dant, usq; his operata futura es
Terrarum omneis regina ut cum maximi in anno

In statuam Clar.mi Augustini Barbadici

Si cuiq; ob patriam servatam contigit aerea
Effigie, et titulis decorari insignibus, unum
Te dignum his Respublica Barbadice peremptis
Hostibus, et capta numerosa classe perennem
Esse dedit longos imitandum exemplar in annos.

Iac. Gannius.

Magne heros factis Augusto, et nomine Magno
Aemule, sat dignus quis reperitur honos?
Si tibi pro captis, et mersis puppibus hostium
Aerea ponatur nunc statua una parum est.
Ergo quid? ut servata tuo urbs sit sanguine grata,
Ponantur statuae plurimae, et elogia.

La nostra ecc.

La vostra gloriosa, alta vittoria,
Ch'eccede ogni pensier, e meraviglia
Non d'Alessandro solo s'assomiglia,
E di Cesare all'ineffabil gloria,

Invitti Heroi, mi avanza ogni memoria
O d'antica, o moderna, e al cuor s'appiglia,
Più cara à noi, ch'à madre unica figlia,
Di cui si tesse homai la bella historia.

Così gite acquistando immortal fama
Al vostro chiaro nome, e novi imperi
Simili à quei, che già partiro il mondo,

E quello à noi, che l'huom desira, e brama,
Pace, e riposo: onde convien si speri
Un viver lieto ancor, dolce, e giocondo.

L'empio etc.

L'empio, rapace Drago d'Oriente
Uscit'ora de' suoi non proprij nidi,
Serpendo intorno tutti i nostri lidi
Per occupar pian piano l'Occidente:

Ma ecco (è la sua mercede,) immantinente,
Acciò in quei sacri non s'annidi
S'oppone il Leon forte a' patti fidi
Con la Colonna, e l'Aquila possente.

Questi tre gloriosi vincitori
Nel Jonio mare il fiero Drago
Assalendo, e lo stuol nemico han vinto.

Onde gli Arabi, i Scithi, e i fieri Mori
Spento l'idolo suo con l'empia imago
Ritorneranno al Pio pastore Quinto.

Jo: Bapta Jannius
Jacobi filius.

Sequitur Carmen

De Nuptijs Ser.mi Francisci
Medicei Magni Ducis Hetruriae
Et Blanchae Capellae Patritiae
Venetae ab Ill.mo Donatu
Venetiarum in filiam cooptatae

Quae superum tedas aeterno condere versu
Ardoresque sacros consuesti musa referre
Nunc agedum [myrto] viridanti et tempora lauro
Cinge nova mecum, magnam mihi mentem animumque
Inspira, ex humili me attollas carmine laeta
Dum canimus connubia, et augustos hymeneos.
Nonne vides dulci trepident ut pectora motu
Per tractus italos passim exultantia ut intret
Corda novos animis populorum arrecta cupido
Et studium thalamos spectandi. ut tota maritum
~~Stemmate regalis decorata semper honoris~~
Hetruscum sonet europae. clarumque per urbes
Corporis atque animi partum candore nitenti
Sponsae nomen eat. late percrebescat et ora
Pervolitet cum laude virum. en fluit undique tota
Ausonia pubes ad tantae gaudia tedae
Finitimusque excita ruit gens omnis ab oris
Deseritur Sena, aequoreoque in litore Pisa
Et generosa novus portum secat ilva metallis

Hi liquerunt Cosas, et te Populonia matrem
Hi Minionis agros, intempestasque Graviscas
Pars Tyberim, ac Fabarim, pars alti moenia Rom
Eridani non potor abest, non accola Lari.
Denique ab extremis terrarum finibus acti
Hac fama gentis proprios liquere penates
Et Tuscos adeunt colles, feliciaque arua
Florentique petunt urbem, Florentia complent
Magna conuentu, latis augusta frequentem
Tecta choris, hylarique opplentur regia coetu
Hic spania effulgent substrata, e marmore
Sub nubes tectis educta palatia, caelo
Stellantes imitata domos, postesque superbi
Barbarico radiant auro phrygiisque columnis
Huc properant densi huc concurrunt agminaque am
Fervit inexhausto luxu, seu plurima nusquam
Turba foret, nulli tota concursus in urbe
Qualis ubi de more petit solemnia pullus
Grex formicarum atque exire cogit antro

Corticis, aut terra quos effodere penates,
Aut ubi veris novo ... emissu in flora rura
Halantes circum ramos, quum se induat altus
Arboris in florem, aut condense candida circum
Funditur agmen apum latis alis omnia cernas
Fervere fumeis strepere omnia murmure lape
Tenariosque gradus emensis longa patescunt
Atria, quae auratis trabibus laqueata nitentem
Sub pedibusque solum nidenti emblemate gaudet
Perfusa hic auro Tiriisque incocta venenum
Parietibus pendet aulea, stragula muros
Virgata argenti rigido subtegmine velat
Atque hac textilibus vestium variata figuris
Heroum immortalis virtutis, clara recenset
Facta virum, veros vidias imitantia vultus
Et variis spirare modis simulacra loquaci
Quale labor artificis delabitur argumento
Prestanti hic animata manu stat signa potentum

longa ducū seri's missū genus æthereo ab alto
Hic duo sunt Cosmi Mediceī lumina gentis
Illustres omnia, et regū de sanguine reges
Hic docti quoq; Laurentes, et fulmina signi
Martis Joannes, et hic spectare decorem
Tergemino insignem sceptro, sanctaq; Tiara,
Quo septemgeminum colles et Roma superbit
Hinc regū est alia et pcerū sacra ora tueri
Artis opus raræ quasi uiuo expressa colore
Singula qui cupide attonito legit ora uiuentis
Intentos uoluens oculos, perq; omnia circū
Læta ferens late iocūdo obit omnia uisu,
Sed nequit expleri mente hic immor usq; morari
Tantus amor cordi spectandi et cura recursat
Atq; aliquis senior memor acti temporis illos
Vt uidet ignaros tantarū imagine rerū
Haren. ardentes sentiri et quenni. siquis
Nouerit hæc, lætus se se alacro optatibus offert

Et res Heroum, regum celeberrima narrat
Nomina, virtutes memorat praeclaraque facta
Augustosque docens vultus ad sydera tollit
Magnanimi decora alta ducis quae sparsa per orbem
Aeternis splendent monumentis addita forma
At circumfusae stipant hunc undique turbae
Condensumque hominum vulgus narratis ab oris
Deprendet cupidaque novas bibit aure loquelas
Dehinc laeta secat vultu per singula ducis
Regalisque stupentes opes gazamque superbam
Quacumque si aspicit quacumque opulenta recedit
Regia, cuncta nova splendiscunt luce latescit
Purpureo fulgore oculos procul ora lucent
Postibus ac fulgent lapides plurima ~~tum~~ vari
Et picturatis variantia marmora venis
Stantque foris solido perfecti ac sculpto elephanto
Vesti ebur solia et varios mutata colores

Serica inaurato quae mitis fibula morsu
Et simili gaudens splendore tapetibus alt
Extructa pictis mensa genialibus ardet
Aurea fulcra thoris et strata micantia gemmis
Docta pictura novo niveoque hic velat amictu
Carbasus, et varias urbis decorata per artes
Namque peregrinum aurum splendet stringere et ostro
Aut multum maculis squalentibus asperat aurum
Squamis ut argento in plumam riget intertexto
Aut pellucenti crispatur bombice limpidum
Huic gratum accessit coitu textura Minervae
Quam circa gemmis nobilis Maeander oberrat
Flammave in medio conchilis purpura fuco
Prospectum quacumque petunt, quacumque vagantur
Lumina colludit similis sia visto
Vellera quique suis depectunt mollia Seres
Frondibus in ramos splendoris diducta for

At Regis thalami et sedis augusta resid[illegible]
Aedibus in mediis atque hic caelesti locatur
Pulvinar gestit sponsi gemmisque coruscat
Eoi maris exuviis et jaspide multa
Hic nitidus calcatur onyx pulcherque tapetis
Contextaque fulgent mixta auro atque argento
Hic tota arridet gemmis baccata supellex
Quae tremulum iubar effundunt et fulgura credas
Scintillare astra, aut stellarum albescere tractus
Et summi radiata [illegible] lagmana celi
Hic sua regna tenet dux unde blanda voluptas
Quicquid odorati segetis benolentibus arvis
Divus Arabs mittit et si quos dia fundit odores
Quos permixta procul redolet fragrantia tecta
Spirantumque tenet suaves dulcedine sensus
Hi patulis captat inhiantis naribus auram
Obliti et terras quasi in succedere ~~celo~~ magno
Sic credant celo sumptum inter [illegible] penatis

Mox tandem huic senior digressus monstrat
Vectorum arcanas pluresque incognita cecis
Strata viis longo pretecti cernula dorso
Austra iter a tergo, quod perforat omnia et ipsis
Ignotum tectis mediisque illabitur urbi
Mirum angustum, ingens opus et memorabile cedat
Actrum cum liquido pendentia Mausolea,
Et quicquid tellus mirata est barbara, et ma
Ad sedes alias longoque abstructa recessu
Regia tecta vehit, Ephyrea qualis in arce
Ibat ab undisono veniens via tecta Lechaeo.
Huc se Rex magnis si quando curis amotus
Furtim animus strepituque aulae subducere se se
Incomitatus adit, vernat hic frigida tempe
Et picta innititur viridatique scena locorum
Solstitium fessis inhians defendere opaco
Ramorum hospitio et superimpendentibus umbris
Qua circum aspirans genitalis aura Favoni

Atq; animu' blando mordētus frigore ludit
Hic varijs halat gemantis floribus horti
Et pascit auidos passim poma aurea visus
Multaq; præterea memorat complectier versu
Quæ timui si nulla velit subducat honores
Rebus, et egregiæ laudis præconia culpa
Deterat ingenij, neq; iam subsistere vires
Infirmæ valeat, nō si mihi carminis autor
Cynthius et docti recludat pectoris antrum
Pierides, quid gēn' post. cuncta priores
Luminibus tacitis, intensisq; auribus hausit
Singula iam tandem spectando explicta reliquit
Turmatim revocat pede ac decedere tectis
At foribus domus alta uomit bipatentibus vndas
Cedimus has, orbitq; alias semi rutilis
Qualis marmoreo procurres æquore rupes
Cuius ab aerio demittit brachia dorso
Turritæ cautes geminiq; ex obice saxi

Exertat fauces, vastoq[ue] horrescit hiatu
Antrum immane, vorat rapido nunc vortice fluctus
Ex imo barathrum sorbens, nunc attrahit in altum
Prorumpens rursus motes cristatus aquarum
Vnde ipsum c'hisa e rorat la aspergine caelum
Et littus salso perfusum rore madescit.
Jamq[ue] dies insignis adest, optataq[ue] votis
Reddidit Infuso lux rebus sole colore
Lux crassa signanda nota, qua more sacrorum
Solemni clamentur hymni, subeatq[ue] mentis
Iura solutus amor, Iam festa urbs undiq[ue] pompa
Ferruescit, ludisq[ue] fremunt et plausibus omnes
Laeta operum plebes conspergunt floribus, ille
Narcissum iacit, ille crocum, hic bene olentes hyacintus
Funditur hic violae nigrantis purpura odor
Indi rosae fulvo nitidantis igni commixtus

Ridet odoratis urbs tota coloniae curis
Et cum pube senex, pueri mixtique puellis
Laeta canunt festa celebrantur tempora multo
Fronsque expirantes pportant cordis amores
Atque ipsos cum plausu animos ad sydera tollit
At gravior tum turba patrum, matrisque decorum
Succedit templis atque aras thure vaporat
Et toti familiae omnia vatis aethera votis
Fausta orat connubia, sibi hicque hymnaeos
Lataque permulcet animum solatia ovantes
Nulla dies laetior illuxit iucundior atque
Gratior accidit non unquam lucifer ignis
Crebrescunt cytharae sonitus et tibia passim
Dulce sonat, clangorque tubae geminusque aeris
Cornua raucisono conspirant murmure, celi
Assensu reboant convexa et consciis aether
Connubij laeto pulsus clamore remugit

Quin etiam vitreis glaucum caput extulit amnis
Arnus ut inspexit populo celebrataque hymnis
Litora et insolita rerum dulcedine mulcet
Promissam effusis roranti in pectore barbas
Herentesque lenta fingens uligine crines
Visendi studio nympharum exercitus undis
Emersere hylares complentque agmina ripas
Letitia tornantque undam sub pectore versat
Pars dulces agitat choreas, variosque reflectit
Dum motus bene compositos, alternaque iactat
In numerum crura, aut in morem turbinis orbis
Agglomerantur et in gyra rotat, pars dicere versus
Nostra loqui digitis, atque aurem dare carmini
Illos autem priorum una et decus inuptarum
Pars quibus advenit maturo tempore messis
Implicite sertis caput, et veneranda moventes
Ora ciet Regi.

Parte alia inclusi caveis (mirabile dictu)
Laetitia populi magni in sensere leones
Insolitosque graves edentes voce rugitus
Totam exaudiri noctesque diesque per urbem
Gaudia testantes dum fuerit omnibus mori.
Quid mirum? His thalamis tarpeia pingi arce
Annuit imperij pater, ac moderator olimpi
Sacraque firmavit valida connubia dextra:
At tu sancte puer, cui vincla iugalia curae
Qui desponsa tuo connubia numine firmas
Consortis legem statuens et foedera lecti
Uxorumque avidi mittens sub iura maritis
Utrique gemus eximium hymen io hymenee
Adsis o placidusque veni, iam linque ...
Aonias rupes, doctique sonantem Aganippem,
Huc thalamos tua dextera adi pede regna secundo
Huc nodos et vincla geris adamantina saeptus
Munus obi... ea iunge thoros, et mixta marita

Jam tandem expectate venis, tibi tota moratur
Regia te magna urbs, invitantque carmina leta
Te cantus et plectra vocant, tibi Vesper olympo
Derupto adventat, nova iam tibi myrta parantur
Florentibus qui [illegible] forma
Quale firmato pubescens stipite myrtus
Assia, grata lito dryades sibi ludicra rorant
Nutrivit [illegible] Augusto ducenda marito
Et magno [illegible] socianda [illegible]
Omnibus regi qui non virtutis egentis
Clarum atavis et avis [illegible] orbi
Excelsa impositum specula et gemino [illegible]
Circumstant matrum hac turba stipata [illegible]
Effusae studio, et miro pietatis amore
Attonitoque stupent animis, ut regius ardor
Vultus honos [illegible] conn [illegible] auro
Ut decor in toto ~~[illegible]~~ florescens corpore fingat
Calistum decor charum spirantia membra

Vt geminas ~~terrar ipsa~~ faces duo lumina cæli
Frontis honos animi arguat iustar et ipse
Si dignum sceptris (insitus) probet, hinc ea sors
Maiestas apicum tanta decus ore nidet
Annum aduenient fausto cu sydere iam iam
Flammeolum parat et soccos induitur, eia
Nunc choreas geminat tubæ tinnitus et aris
Clarescat et sonitu fides & carmina plausu
Vt decus audito citius aduolet ardua linquens.

At nos dum tantos Compello carmine reges
Dum bona uerba cano et thalamis precordia sacris
Interea alterni cantare et uidere docti
Dicite hymen hymen atque hymen iterate puellæ
Et iam adiit hunc hymenæe hymen adesto hymen
Augusti salue heroes et edita diuis
Progenies sponsi: quos sancto sidere felix
Iungeret hymen, tu quoque imprimis Maxe salue

O decus eximium, et columen FRANCISCE labantis
Italiae atque orbis, qui summis regibus ortus
Magnanimos aeterna dabis per secula reges
Dicite hymen pueri atque hymen iterate puellae
Ferias adiunctus huc hymeneae hymen ades o hymenaee

~~Augusti Salute~~
Tu quoque magnanimi regis dignata cubili
Sponsa, ducum sobolis tanti dignata senatus
Assensu, totus terrarum quem colit orbis
Salve, qua veniens oris caelestibus aura
Condecorat, tollitque suum genus decorum
Tum igitur patriae et Siculi decus Heroina
Ibis in amplexum tanti exoptata mariti,
In gremium qui se ipse tuum sic praebet, arbor
Ut lenta haec edera atque illa complectitur, aut ut
Procuras uxor populos complexa revincit
Dicite hymen pueri atque hymen iterate puellae
Ferias adiunctus huc hymeneae hymen ades o hymenaee

O Fortunati et nimium felicibus astris
Edita tu Latias celebris regina per urbes
Incedis, iam te invidia admirata locatum
Fortuna supra ludum, Venerabitur Ingens
Ausonia, et mare quod sup(er) et quod inferum
Aeternum tuus altus honos, laudesque manebunt
Claraque perpetuis condentur nomina fastis
Dicite hymen pueri atque hymen iterate puellae
Fer iam aditum huc hymenaee hymen ades o hymenaee
Nullus amor tali constrinxit pectora nodo
Nullus hymen tali mortales foedere iunxit
Qualis amor, quanta his adest concordia taedis
Dicite hymen pueri atque hymen iterate puellae
Fer iam aditum huc hymenaee hymen ades o hymenaee
Nos sic non dulci geminatur compare turtur
Vos venus unanimi ut sponsos compage ligabit

Nascetur vobis qui saevus fulmen in armis
Non ratione ignem Aladi praestet et alti
Caesaris egregios animos virtutisque decorem
Victor in astra ferens Indicaque terminet ingens
Occeano imperiumque et felici marti feroces
Contundat populos iterum victricibus orbem
Compellensque armis Latio parere subactum

Dicite hymen pueri atque hymen iterate puellae
Feria adsunt haec hymen hymen hymen ades o hymenaee

Eruet ille urbes Maurorum Garamantaque figet
Illi sacra manu spoliisque oneratus opimis
Inde pedem in patriam multa cum laude reflectet
Ordine tum longo victas mater gentes
Cernet cum varios habitu tum vestibus usu
Armorum insuetae quam lingua et moribus aliae
Vulgi quadrupedes ad plausum [illegible]

Et stans cribra pueri sonum ter [illegible] ([illegible])

Dicite hymnum pueri

Fit jam advenit huc

Altera nascetur soboles quae moenia Phoebi

Et musas colat Ausoniisque imbuta sub atris

Sectetur magni vestigia sacra LEONIS

Caelisti hic clavo et sanctis postposita habenis

Romanam sistet in arces: sacrataque mitra

Pastoris Victor Sancti, qui legibus orbem

Firmabit priscum qui vertet tempora in aurum

Joann. Baptistę Ragono

Quod mihi tradideras dudum Ragone diserte
Pignus amicitiæ ut communibus esset amicis
Ecce remitto tibi multo cum foenore Carmen.
Collaudant omnes doctum, argutumque, facetum,
Multiplici uarium sermone et nimia arte politum,
Imprimis Collega pari tibi munere Compar
Judicio pollens meritis id laudibus effert
Quin [illegible] hoc [illegible] Philomelæ Scriptor amicus
Qualis nemo fuit tibi, nec fortasse erit unquam
Nam quod [illegible] se nil se debere tibi inquit.
Quid multis moror? Jam ego, currit claudus ut olim
Turba Camenæ, exemplo permotus ad horam
Scribendum excitus uersus, uelut anser olorum
In medio strepitans, sed et hos hac lege repono
Te penes ut lateant, nam nil scribentis ubique est
Quam male scribentis potior sors, auspice nullo
In lucem e tenebris exibunt; Judicium ulli
Rumori absoluam; prohibet sed scribere plura
Et puerum clamor properans et nuncius. Ergo
Quandoquidem uirtus tua me tibi iunxit amicum
Haud fortuna, memor nostri esto, uiue, ualeque.

Quod modo purpurea fulgebat imagine gemma
Naturæ mira cum carmine laus opera.
Nunc uiuit, spiratque tua Ragone Camena
Nec latratum unquam hic comprimet illa minas.
Quin ualeant fures, pro inuitis furibus ipso
Cum carmine, cumque laude, hinc usque superstes eris.

Ad R.mu et Ill.m Jac Campegiu
Summi Pontificis dignissimus apud Venetos
Oratore Alexander Paulinus.

Maxime Campegi, quo Felsina gaudet alumno
Pontificis Veneta qui geris Urbe vices.
Paulinus Senior, miserabilis, undique, orbus,
Coniuge quae gnati iussa dolore dedit.
Et mihi tres liquit carissima pignora natas
Annisque exanimant pectora imbelibus.
Natalique solo dignissimus et arte scelesta
Matris fugitiva quae mihi carus erat
Ad te confugio supplex ceu numen adorans
Imploroque tuam, quae mihi certa, fidem.
Aedibus ut clausum, atque astrictum compede sacra
Jam multo gnati tempore restituas.
Ille etenim tutor Calum, quocunque vocaris
Iussa sequi accinctus si licuisset erat.
Et licet malignas nullo crimine poenas
Aegram animam exanimus per mala multa trahebat.
Nec musa ut prius, aut studio solatur amico
Languentem cura, sollicitumque animo.
Et miser albo dirum sparsit senilibus annis
Intempestiva tempora canitie.

At nō mercede hanc longi meruere labores
Quos tulit inuigilans noctē dieq; libris.
Dum ueterū scriptorū immēsa uolumina Graiū
Romulidūq; uelut sedula libat apis.
Obseruans quę digna legi, quę digna notatu
In commune sua posuit et arte docens.
Multaq; mansuris commisit scripta libellis
Quę presens ętas quęq; futura legat.
Ergo modo miserati uicem miserate senectę
Partem animę nati redde domus Columnę.
Ad sua quo possit seuatus posse reuerti
Et solitū assueta querere ab arte cibū
Nec sibi commissum celestia patre talentū
Doctrinę iaceat signiū domo, ac pereat.
Namq; uiri illustres varijs e partibus Orbis
Dignum expectant Illius artis opem.
Laus erit et pietas hęc Diuis proxima, in Uno
Seruato, totā restituisse domū.
Finis

Alex. paul. Fabio P. S. D.

Jam uenere tibi nostratis garrula turba
Legati plebis, quis tantum soluere uerbis
Debueras, quoniam debent mihi plurima gratis.
Hos ego (sed nolim ~~nata nomium ne uideri~~)
Halternis ut nocuere mora sua comoda narti,
Quam uereor pro pestore agam, dignaque fauore
Precipitem causam, paribusque maligna querentes
Vel stomachum moueat uel ineptis tedia uerbis
Sin secus eueniat uasto plurimum rerum
Astrafamen tibi nomini caelumque putabo
Quique rogaturum nil frustra ex omnibus usque
Tanti diffido tantum liuoris ubique
In gluuiesque animos tanti fraudisque dolique
~~Attamen~~ animam quicquid premimur aura
Consilii taciti bono pro sine fouemur
Speramus potiora tamen melioribus annis,
Reddita sunt nobis a te sunt carmina amicis
Lecta probantur acuta etenim sunt uisaque docta
Que fuerit ueluti causa sub fine retorta

Que doctis etiam valeant rescripta placere
Nostris quod queris a rebus, scire laboras?
Que sint? magna famis cum frigore pena salutis
Nam gemimus hoc homini nostro promissaque vana
Sed quamcunque dabunt sorte mea fata ferenda est
Fortiter, ut videar constans ad utramque paratus
Fortunam, que laus hominis non ultima certe est,
Quattuor ecce tibi congressus mitto perito
Cum Citoni meos, Confici carmine sumpto
Temporis exigui spacio, quibus ille benigno
Respondit, quam vix imitamur amor,
Si quisquam vellet numeris certare, vicissim
Se responsurum paribus numerisque modisque
Illustri hunc coram cetu Conviva beati
Aedibus in Saxi, dein post multa locutus
Insigni ac laudi tua sibi Conciliavit
Doctorum plebisque animos, quid queris? apri
qz Et tibi se fidit ~~[illegible]~~ ostendit me adire Cuiusque
Vive mihi, qui facias plures vivere mecum

Digressu inde fruit visurum cetera passim
Oppidula atque urbes patriae istuc mox reditum
Qui vel tu hoc factum sit nullus nuncius extat
Quid Franciscus agat scripsit nuditi et quid
Fratris ad templum stimulis succendar honoris
Scin ita Cupio quae dramma mihi laborem
Servitiaque feras studiosi Gellius istic
Qui tibi quo possum commodo semper probatum
Extitumque fidei studio in iudice dignum
Scribentis haec grandem tua rem superiore inde
Rettulit audisse illum nullo nomine dignum
Qui ut puto, sicut eum qui excussit templa Dianae
Iactant in vulgus patria extrusisse domo me
Quod scelus Andino ut vati merito Joviano
Nola operata prius sit in patria altera Nola
Nam vero talium illi scelus hoc nomine carum
Qualium aliis nostro acceptae qui prava ministrat
Quos priores arbitrium ~~extremi~~ iugdurita potestas
Et quibus assidua prestans semper compellari
Ingratum genus omnis, ipse Ingratusque tibi

Talia sustentans natura pessima nostra:
Dissimulo tamen omnia, nec facio vnius assis:
Vt qui torrentes et flumina turbida tranat
Non introspiciunt pericula in fonte sub undis
Ista sed carmine nostra ut pateant constat
Nam regali ferunt quamuis hoc sufferre molesti
Insuper est aliud quod duci te ipsi monendum
Ne nimium largus sit tua natura parauit
Promissis omnes illos: qui hic publica tractat
Munera et in longum deducant omnia, qui te
Nodosi tentant laqueis captare sagacis
Hi tua praecipuisse ferunt iam praemia, et quem
Intimat stipulam, peruersa est omnia dudum
Ut cepissent sibi sunt hic emissique futura
Primitias dono, si ulli vatum illud haberi.
Ceu priuata gerant non publica commoda tractat
In sua conuertunt aliena, putatque licere
Cuncta sibi, ut nihil primissi credimus fors sit

Omnia Zardi[illegible] quae tu donabis ΣΦΕΣΤω
Nam pudet hos impugnatum rudimenta videri
Talia naturae sortitum manus ab alio
Quid miraris meis in graecula versibus ista
Invenies: an primitiasse prius [illegible] Athenas
Inde prodi ut nostra in sacro nullus [illegible]
Primitus magis facti [illegible] carmina facta
Indigna haec doctos [illegible] ingeniisque famam
Illudique bonos, [illegible] prima pravis
At qui dibuerit primo [illegible] portu
Nunc demum varias pelagi [illegible] procellas
Naufragium [illegible] incommoda vitae
Tristia [illegible] fundere vota
Et surdas facto [illegible] precor sollicitare
Hoc me solatur sociorum plurima turba
Quos genus hoc hominum [illegible] tempus avaro
Hinc [illegible] haec clades tulit [illegible] anno

Quod scribis, mittam numerisa volumina ab urbe
Condita, erit nobis ubi primum copia nunci.
Cum scriptis Iulici nostri dire[?] libellis una
Sed quae [illegible] tam dura cupido?
Num fromei scurrae sua misca lagena versu
Di Petrus, franciscique suus, mox perficiemus
Cum primum illuvies Calidonia strata iacebit
Stant chori puerum circum caudaque trahendum
Ingentem velum Troiae sub moenibus olim
Tracat equum coetus puerum mixtique puellae
Mox ibi pollicecor pinguis pressusque postem
Casius e Fasio mittitur pondere iusto
Quindecimas aquam libras sudore madescens
Ligi teram, mi hi solus iusserit, benigne
Sed quibus et debes et sperans possi precar[e]

Impartiri cuius, [illegible] nomen adeptus.
Vali Parthenius meo salutem. Jubito
Homine cum Critoni [illegible]
Aldo nomine [illegible] virtuti [illegible]
Responsum numinis expecto [illegible]
Ad doctos [illegible] [illegible] [illegible] amicos.
Vtinj. M.D.LXXXI.

1 Per medium secto lachrimabia [illegible]
qualia ~~Vit~~ [illegible] falcato dicitur ense
Detruncasse [illegible] quodam Cyllenius Argo.
Ipse minutatim tribuit tibi Gellius isto
Nec franciscus edat [illegible] offendere [illegible]
Contingat parti, et magno congesta labore
Gramata dediscat, nec linguae crassior usus
Nos fiat, ut [illegible] [illegible] loquela
Suauius et dulcis [illegible] reddere voces
Monticolum mouit risu [illegible] locutus.

in honorem Regulini

Quod Regulinum vires revocaris limine mortis
Aegraque proxima membra levaris ope
Nō monstra tibi cum laude hic gratia habetur
Famaque per cunctasque ibit olympiadas
Quod vero avidi christi puctam colitorum
Vidimus [illegible] hominum coelestis genus
Credimus ad superos tibi reddita premia hoc
Semper in ospiti pacem amore fui:

Fabius Laelinus Alexandro Lati
S. P. D.

Caseus acceptus nobis et epistola, grates
Reddimus ingentes pro tali munere, nec non
Promissum mox expectamus, possit ut esse
Franciscus noster, certitus cui Caseus absit
De causa nihil est, speranturque omnia, donec
Hac de studiosi Romana negotia passu
Procedunt, leporesque capit venturus pede claudo.
Quod vero nummos me emisisse credis, inane est
Non quadrans abiit, manibus ex cornibus quod
Sed soleo verba haec calcanda ubi suspico esse
Qui quaerat nummos aliqua ratione, vel arte
Exprimendi; hincque scio prolatum ad te esse. Landi
Quod parat indusia grates ago, et ipsa remittat
Lanium huc, illud (si fors ita corde volutas)
Ut habitum fuerit mutabitur; At satius fors
Muta hic fuerat. Iterum cogor brevis esse
Dictanique haec Cursim Francisco pauca puisse
Cornipedi e fratis Corpus, vale ergo salutem
Et larga affines, larga donabis Amicos.

Ad D. Faustum

Ut modo fluminis ludentes margine pisces
Attulimus mensis Fauste diserte tuis.
Sic tibi me meum, fueram qui immunis ab omni
Devincti splendor reddidit officij
Officijs ego Fauste tuis obstrictus amico
Usque tibi grates pectore semper ago.
Nunc cape, qui nostri pisces testentur amoris
Divitis hec animi consule parva boni.
Consule parva boni, nec tanti munera verum
Spectato animum, sic sint omnia fausta tibi.
Mox tibi latum magnos ex aequore Rhombos
Exiguos dedimus flumine pisciculos.
Pisciculos damus hos parvo de flumine magnos
Capturi magnas dum feriamus aquas
Accipe, Paulinosque tuos sub pectore conde
Hisque opera inclusas Fauste benigne tuas.

Alexander Paul.

In aduetu sacratiss. imp. D. Mariæ
Caroli V. imp. filiæ. Maxim. imp. ux.
Et Rodulfi imper. matris.

Ecce sub arctois quæ dudum rexerat oris
Austriadum populos regum, gentesq; superbas
Dis genita, atq. enixa deos Astræa relicto
Imperio gnati romano sanguine parto
Cæsaris inuicti, qualis Berecinthia cætu
Virgineoq; choro & longa comitante caterua,
Occiduas petit oras, fortunataq. regna
Hesperiæ, ut populos sceptro, & moderamine legum
Extremos longa componat pace per æuum.
Mirum, ingens, non auditum per sæcula factum:
Hoc fuit alma suos quòd tellus florida uultus
Induit, omnigenoq; onerata est prodigia fætu:
Hinc manifesta polo fulgentes signa cometæ,
Perpetuo hinc cælum rutilans splendore serenam
Explicuit frontem, hinc lætus, mox frugifer annus,
Scilicet ut tantis non desit copia cæptis
Omniq. euentu fælici prospera cedant
Ipse prius pater omnipotens prosperit ab alto:
O Dea lapsa polo plusquam regina uerendo

Quę stipata choro multis & millibus, orbem
Illustras: venetum fines ingressa beatos
Salue, saluete Heroes, comitesq; sequti
Cęleste hoc numen certis latura beatum
Gentibus imperium, quascunq; accesserit oras:
Cernitis aduentu lętentur ut omnia uestro?
Iam montes, collesq; procul cum uallibus imis
Et nymphę & satyri, & siluestria numina panes
Acciti sonitu longa cinxere corona:
Omnes Ausonię gentes populiq; benigne
Vndiq; conueniunt studiisq; animisq; parati
Plausibus atq; opibus tanta hæc incepta fouere:
Quid dicam veneti super his decreta senatus?
Vt quascunque uiæ sit uobis transitus, illac,
Sint, licet anfractus, exurgant strata uiarum
Innumera fabrefacta manu, quin flumina pontes
Non assueta ferant, sint peruia deniq; cuncta,
Inuia quæ fuerant, ut uobis tanta supersit

Quanta satis multis existat millibus uno
Non epulo tantum sed multis, copia uictus:
Omnia quae nulla tribuantur stipe benigna
Larga manu: immensum Venetum ut testentur amorem:
Sed cur hęc memorans dictis maiora relinquo?
Ecce manus procerum Veneto delecta senatu,
Quot nunquam regum quisquam, quisquamue senatus
Excepit, misitue (aut fallor) regibus ullis:
Legati ueniunt exceptum pacis honore
Reginae aduentum uestrae, quae sola sub orbe
Fęmineam excedit sortem, pietate, fideq;
Consilio, atq; animo, nec non grauitate paterna:
His regum similes habitus, moresq; animiq;
Verbaq; nec grauitas non par, sapientia maior.
Quanta sit illorum maiestas uultibus ipsis
Cernitis, atq; instar sit quantum cernitis ore;
Parte alia ingenti uenientes agmine cerno

Matronas, venetum matres, sponsasq; nurusq;
Auro intertextis oneratas uestibus, auro
Effulgent crines, et gemmis, aurea collo
Ornamenta micant; quin mandunt frena iugales
Aurea: precipitem quales Phaetonta tulere;
Non Ephesus tales quondam, non pulchra Corinthus
Non sparte tales, doctęue tulistis Athenę,
Nec tales rapuit sabinas Romulus olim:
Has, Regina comes natis comitata duabus
Ducit: et amazonias credas in prelia turmas,
Vel magę Diuino delapsas numine cælo.
Has: tibi ut occurrant multis, e millibus ipsi
Delegere patres veneti, sanctusq; senatus
Te dea te presens numem mortalibus unam
Alloquio excipiant blando venerentur adorent
Exquibus et quantum valeant quantumq; pariti

Si vis facere officijs veneti, dignoscere nobis
In promptu est proceres, inprimis alma virgo:
Hi columen veræ fidei pietatis et omnis
Iustitię exemplum, quorum sapientia cunctis
Regibus et populis terrę mirabilis una
Visa fuit semper: nam doctę quicquid Athenę
Atq; alię gentes scrutatę mille per annos,
Quicquid et innumeris Romani ponere libris
Conati, veneti condiscunt marmis ab alvo:
Hi regum sapientum sunt, dicuntq; senatus:
Non hominum certe, nam quis non stare paratus
Iudicijs horum? quis nam pręferre solones
Audeat aut Cretę regem Aeacon, aut Radamantum?
Vnde illis merito diuturnus voluitur in se
Se Rerum status per sęcula cuncta futurus:
Ergo quis venetis non omnia prospera votis

Omnibus exposcat, foueat, veneret ametq;
Protegat et socios pacis sibi fœdere Jungat.
Quos Deus in medijs urbem sine mœnibus Vndis
Ponere, et Ausoniæ uoluit dare iura potenti
Quod foret extremis ut mirum gentibus orbis
Sic tutum fidei sanctæ CHRIstumq colentum
Profugium Regum, Turcisq furentibus obex.
Cæsaris alma parens Rodulphi sancta, benigna,
Romani Decus Imperij, complexa per omnem
Christicolum terrarum orbem Regesq, ducesq;
supplice uoce rogo per charos pignora natos,
Fœdera Coniugij, per uulnera denique sæua
Illius Immensum qui numine concutit orbem,
Sit tibi pacis amor. Venetum tibi gratia curæ;
Cura sit et populos Romano, et fœdere Reges

Conciliare patri, ne perfida regnet Erynis
Sic tua ad optatos veniant pia uota, precamur,
Fines: sic superes Cumeę tempora uatis:
Natorum ut uideas per secula plurima natos:

Alexandri paulini Tiiversini

Alexandri Paulini Venetijs
Carme di [illegible] facto.

Ad Martē [illegible] quę extremis finibus Urbis
Est sita Contemni plurima cōspiciens.
Quę teneri oculos, cunctorumque molestis
Affectū, quę homines exhilarare solent
Fœminos passim cetus turbamque uenuste
Plaudente choreas festiuē cū tibijs
Personasque nouos [illegible] undique ritus
Aurea iactantes oua referta rosis
Quęque referre mora est longa nec temporis huius
Passim urbem hanc orbis dicere delicias.

Votu Ad Virgine Di pond
Alix. 2

Virgo parens Christi summo sacrata Tonanti
Inter sydereos gloria prima choros.
Ad tu Effigie supplex du febris anhelantis
Concuteret stimulo pectora nostra gravi.
Tu mater veneranda Dei miserata dolore
Direxisti vultus ad mala nostra tuos
Et patris, et natis, et charae Coniugi adepti
Caelo respiciens a stigi restituis.
Non tibi serta damus vanis Germantia floris
Collaq quod niveu laetra vincat ebur
Munera nec Midae ~~[illegible]~~ Solidi nec pinguia Thur
Eridanus alet lapsas Eliadu lachrymas.
Sed nato Regina tuo, qui crimina mundi
Pertulit et mortem ~~morte~~ redemit ovans.
Tea patens illi Cor reddimus, usq supernis
Archanis semper ante sit ora Dei.

Ad Parthenium Alixander Paulinus

Partheni Veneti moderator docte Juuentę
Inter Apollineos gloria prima choros,
Cui decus ęternum longi peperere labores,
Ingenij lumen cum probitate fides
Cum tibi deuinctus sim quantum soluere nollis
Posse petitem officijs omnia si faciā.
Nam quicquid gratus Comuni spirat in orbe
Par est acceptum omne referre tibi.
Ne videar meritis nō respondere benigne,
Quam licet ingrati nomen ut effugiā
Gratia tanta manet meritorum hinc quanta referri
Si faciant omnes omnia nulla queat
Aldo Manutio Pauli f. A. X.

Alixander

Alde tue Gentis decus, et pia cura Senatus,
Cui merito credunt consilia alta Patres
Quod tibi amicitię Paulinū foedere Iunctum
Pluribus ignotum Iunctis officijs

Reddere si cupiam tibi par, labor irritus Ergo
Debeo, quam possim soluere plura tibi.
Ut tamen hoc nexu maiori vinciar ipse
Arctius, Illepidos hos cape versiculos.
Queis animus constet tibi gratus ubique Paratus
Hanc animam Venetum fundere pro Imperio.

Ad Critonium Alia

Inclite praeclaro Critoni e sanguine regum
Et Vatum, et Sophiae, militiaeque decus.
Naturae interis opus mirabile monstrum
Supra hominem certe ni Deus Angelicus.
En tibi Paulinus senior Comes usque vivam
Ad quaecunque vocet tempora nestor adest
Militiam et grave martis opus tolerare paratus
Pro Venetum Illustri gloria et imperio
Hoc tibi Musarum pro foedere debeo gratus
Omnia quae debet Par sodalitij.

Seren.mo Principi, et Ill.mo Coll.o
Venetiarum Alexandri Paulini

Maxime Quadrupedum rex et dominator aquarum
Cui bene crura salo posteriora madent.
Anteriora pari moderantur singula lance
Si qua tui mordet te pia cura gregis
Ecce lupus vorax sub ovili pelle benignus
Subdolus intus habens versicolore animum
Insidijs pecudes alienas expulit arvis
Quę infidum auxilio sperat habere canum.
Et licet audaci perturbet cuncta meru
Hic tamen usq. tuas ambulat ante fores
Quin tollis monstrum? vel frenas carceris atro
Ut sua grex repetens pascua lętus ovet.
Si pudet huius operis fac uno sentiat unguem
Tangi, sat erit si pascua tondat ovis
Cetera dehinc metuent animalia iussa leonis
Parcius et lędent dens quibus extat acer.

De Critonio Iuvene Nob.mo et fac.mo

Cum ingens sit regum numerus Critonius unus
Quem quasi Phoenicem secula nostra vident.
Maior Critoni quam regis gloria, ubique
Nam regnat volitans docta per ora virum.

De eodem

Hic cum sit belli fulmen sapientia maior
Insit, quam Iuvenem fas habuisse putem.
Hunc (modo fas) Martis compressu Pallada credam,
Vel capite hunc satam progenuisse suo.

De morte Pauli Regulini

Quod Reguline viros revocaris limine mortis,
Aegraque Paeonia membra levaris ope
Non moritura tibi cum laude hic gratia habetur,
Famaque per multas ibit Olympiadas:
Quod vero ardenti Christum pietate colentem,
Vidimus atque hominum concilia ter genus.
Creditur ad superos tibi reddita premia, teque
Semper ut optasti pace et amore frui.

1582 EÌOS

In Papium Alex. Pauli. carmina

Papius ut magnae conspexit moenia Romae
Accersitus ait Pontificis monitu.
Hactenus interpres legum, nunc conditor una
Cum domino terrarum, et moderator ero.

Aliud

Maxima quo minor est, rigeret tellina Roma
Quamprius hoc Papi gloria maior erit.
Ut septem geminas ascenderit inclytus arces
Et Capitolinum adierit ante Jove

Aliud.

Papius unus erat quem toto accerserit orbe
In consultorem qui imperium orbis habet.
Unus adhuc multis excellens millibus una
Cum Domino terrarum imperium orbis habet
Magnus uterque fuit, sed maior uterque videtur
Alterius postquam uterque fide

Aliud.

Aeacus et Minos, necnon Rhadamantus ut varie est
Papius ingressus contremuere Dii.
At postquam aetherius addictum sedibus illum
Fama tulit superba huic interea nostra manet
His dictis animi redierunt in pristina vires:
Atque terris orco sparsa per fama polo.

Aliud.

Alexander Paulinus [illegible]

Iustitiae cultor sit nec nō pacis amator
Cum meritis doctos inuenit atq; bonos.
Nunc cum maxime opus patriae hos senatus adeo
Suppositus cineri cu ignis ubiq; latet.
Culmē ad Imperij ut legatus [illegible] heros
Mittitur hoc toto pax sit ut orbe duce.
Fertur ut interpres diuum caduciter olim
Mortales superis conciliasse choro
Arguit ut primū hoc patriae [illegible] orbis
Sic pater omnipotēs annuit arce poli.
Aliud [illegible] Paulio
Quod latet arcano meritis si promere fas sit,
Inuideat Pauli Iupiter ipse tibi.
Non modo mortales, quorum sapientia tata est
Ingenio ut ualeant subdere cuncta suo.
Cur ita? fortunae, merito quae dicernit ista,
Vt libet atq; alijs donat adempta suis.
Aliud hospes, et Genius.
Quis nouus hic Solon, qui nup uenit ad Vrbē?
G. Interpres legum Paulus iste fuit.
Quà minor [illegible] intersecat arua colonis
Pinguia Rhenus, hosp. humo surgere quis dedit
G. Cum uirtute sua rerum moderator haberi,
Ista dedit. H. Cur nō dat magis ampla? G. Dabit

D. C. Ill.mo et R.mo Michaeli Turriano
Episcopo Cenetensi Cardinali Creato
Alexandri Paulini

Tertius a decimo Pastor cum reddere firmo
Tuta sui vellet robore septa gregis.
Postibus apposuit sublimem vertice Turrim
Dictum ebore, effulgent, et adamanti fores,
Eminet et longe spectat, qua litora late,
Nereus aequoreis [illegible] ambit aquis;
Hic prospectare nuper modo ovilia sacra superne,
Agmina quae Boreas, quae Zephyrusque tulit.
Undique iam potum venient ad flumina nota
Quasque oriens pascit quasque Britannus oves.
Ne furtus, aut fures rapient contagia nulla
Innocuum laedent pabula nulla gregem.
Felices agri, et colles, felicior aetas,
Unum quando unus pastor ovile reget.

Aliud

Tertius hanc Turrim Paulus instauraverat olim
Litora atque polo efficienda forent
Pontifices alii, cum tantae molis, et artis
Ignari fuerint, abstinuere manus

Tertius a decimo tandem, cui nomen ab ipso
Pervigili officio est, surgere ad astra dedit.
Cardine fortior stabili, quem nulla retundat,
Vllaque vis magni deleat imperij
Quod si tergemini illa apicis decorabit honore
Gloria, honorque ingens, Vrbis et orbis erit.

Ad Nicolaum Gellonium [illegible]

Paulinus [illegible]

Si valeat accersit Gelloni te mea musa
Absum solus, adest cetera turba domo.
Ostentare suos gestit Cenfinia partus,
Videbis nudos tenericulos catulos: Vel Ec
Videbis, nudas, et sine Candidatis.

Dignissimum Partus

Ad Alexandrum Parmae Principem
D. Ducis Octavii Filium

Inclyte Magnanimum sobolis invicta parentum
Divino princeps edite consilio
Totius et quintus numero perfectus utrumque
Hesperiae princeps orbis utrique parens
Quem Diis producere sua de stirpe venusta
Quos animis gestis conficere nihil referens.

Hos Divus insignis felici ut protulit aevo
 Sanguinem sic arcto junxit amore duces
Post ~~toto~~ ut misens esset mortalibus orbe
 Lecti, qui firma, spe nimis populos
~~Et~~ validoque firmas conuexi robore Parmae
 Orbis opes, Italumque, Hesperiaeque decus.
Cum tua sit maior quam quisquam quaerere possit
 Gloria nec astris, inferiorque solo.
Ethic, quandoquidem superasti caetera, (nonque
 Sydera portendum maxima quaeque tibi)
Ut quod non Caesar, Macedo Rex maximus armis
 Hannibal atque alii non valuere Duces.
Et Pauli et Caroli maiorum exempla secutus
 Ampla dedere animi qui monumenta sui.
Hostes qui infesti tibi, vincesque, perge triumpha
 De re, quod facis hoc maxima palma tibi
Qua Romanae arcis scandes Capitolia quaeque
 Calcasti aeterno sede fruere bonis.
At tu Parma tuo, iam Palma principe gaude,
 Pluresque mortali facta beata viro
Maneret namque tuo consessu ut faceret orbe
 Aeternum domito ~~nam~~ ab hoste fores.

En tibi iam septem demisso vertice colles
Assurgunt pallet lumine luna tuo.
Cui licet immensae vires tamen ipsa minores
Inferior multo sentit esse tibi.
Nam qualis victis Heros Demetrius Indis.
Et domitis monstris Amphitryoniades.
Qualis et Aesonides ablato vellere Colchis
Cum Minyis redijt littora nota petens.
Talis ad Hesperiae regem Farnesius Heros
Hostibus evictis ampla trophaea gerit.
Hoc erat insignis quod me dum Roma teneret
Olim cunctorum mentibus ardor erat
Certatim celebrare novos nova gaudia ludos
Et nova laetitiae publica signa dare.
Sylvis excerta magni, fratrisque gemelli
Dum molem imponi et regna tenere amas
Mirabar pueri doctus praesagia tanti
Indolis hic animo, cuncta futura vides.
De eodem Principe.
Vidit ut hostiles turmas Farnesius Heros
Hesperijs numero, robore et arte pares.

Qualis Geryonum uiso procul agmine fortis
Quadrupedum rex, mox ait expediam
Irruit et ualidis uibrata uiribus hasta
Funduntur celeri diffugiuntque pede
Ut [illegible] duces [illegible], qui terga dederunt
Unus ait thracius Mars uenit aethere
Cedamus superis, qui bellum mouere gigantum
Senserit [illegible], sentiet arma Iouis.

De concionatore Alexandri Baulini

Optimus [illegible] orator maximus arte
Ingenio maior [illegible] minor eloquio
Ordine quaeque suo disponit collocat apte
Arguit accendit terret et ergo mouet
Verborum [illegible] ornatu [illegible] atque decori
Membrorum motu et qui ualet usus abest
Quem sapiens [illegible] ualet [illegible] sensa profunda
Eruit obscuros eruditque locos.
[illegible] dat [illegible] lumen [illegible]
Unde uides qui audit multa referre potest
Scripturam et uatum penetrat mysteria sacra
Et [illegible] occulta [illegible] acta [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] at [illegible] imis
Instruit ac [illegible], Concitat et animos

Incipit Epistola incerti autoris
Catherina Henrico.

Scilicet hoc titulis deerat Rex maxime vestris
Coniugio pactam non tenuisse fidem,
Et quae nos sancti iunxerunt foedera lecti
Pellicis indignae posthabuisse thoro.
Dij bonum longinquis tantum quod sumus in oris
Aggrederis dura conditione vias.
Hec semota orbi vasto tibi regna velletur
Cunctaque dant animos fratribus arma tuos.
Est aliquid fateor celsos audire fluentis
Et quae perpetuo murmure pontus habet
Larga tui quaecunque olim sed audacia cedit,
Ingenio similis dicuntur esse loci
Non sic Penelopen Ithaca digressus Ulisses
Abrupto potuit linquere coniugio.
Illum non saevi mutarunt pocula Circes
Troica nec longae tempora militiae.
Sed divum accessus mensisque, et divino lecto,
Praetulit his nuptae Penelopes toros.
Cumque olim posset caelestia templa tenere,
Maluit optato coniugis ore frui
Affixam saxis patriam cui maximus heros
Parva lapis quamvis nil nisi nudus erat,

Expulerat Celo longis erroribus aetas
Ut posset casto membra locare thoro.
At mihi nescio quae titulis sub regia maritis.
Subduxit lecti dulcia uincla mei.
Possidet et stupro dotalia regna nephando,
Et gerit in gremio commoda nostra suo.
Tu tamen Iane falso vexatum nomine culpo
Jam famae natas consuluisse tuae.
Et fratris mihi saepe thorum, et [illegible]
Obiicis, et uani nomina coniugii.
Cui quondam primis fueram desponsa hymenaeis
Concordi germana nostra futura domus.
Inciderant mediis contraria numina uotis.
Numina ad geminas semper auara faces.
Nam uenit ad taedas properans dum leta fundit
Araque Corycio fulget odora croco
Illibata tibi linquens leta gaudia Veneris
Ante diem mediis funere mortuus abit.
Sic patri fratrem sic taedis impia flamma,
Sicque thoro eripuit igne micante rogus.
Crede mihi uanas frustra tu uertis ad artes,
Si sceras tantum possem latere scelus.
Arbiter ipse orbis clemens quo sospite terris
Pax uiget, et sancto reddita iura foro.

Criminis admonitus tanti crudelia dixit
    Vota fecit nostro terra aliena solo:
Lisiorum et Tolucis veneranda columina patrum
    Subscripsit cuique maximus ille modi
Legis pater, sanctique pius decorandae pudoris
    Vincula sed nulli dissoluenda viro;
Ipse deum genitor et aeterni summa potestas,
    Cuius sanctissimum credens esse caput.
Hoc ipsum ut firmaret tedas celebrasse iugales
    Dicitur et primis accubuisse thoris.
Pocula cum pingui mutans et electa musto
    Cessit ab humana conditione procul.
Scilicet has leges, aeternaque foedera saxit
    Antiquata modo ut coniuge nulla foret:
Et quae composuit laudaverat ipse labellis
    Improbat inconstans dissimilisque sui
Illyricus germana rumit non eadem fauori.
    Cuius per quae periit, surgere posse licet
At nos ipsa fori discrimina seua veruso,
    Iudicis innocuus tamen timor ora pudor
Non ego sortitus uxorem, sed forma Iouia
    Te quaestione mihi licet una ferat.

Sed tibi nullus adest aequus te judice judex
Et praejudiciis concides ipse tuis
Posterior causa est, sed me iam saepe priorem
Arguis, atque artes deficiuntque doli.
Ipsae etiam, quae te circumstant perfide [illegible]
Et [illegible] laeta quos dicimus [illegible] premis.
Libera si dictur [illegible] nunc copia fandi
Et memori sacro consuetata fide.
Atque odiis forsan consurgent undique iusti
Atque his animis praemia digna ferent.
Diraque Deucali poscant ad praelia reges,
Aut [illegible] proferent ad tua fata manus.
At mihi quam propter [illegible] male [illegible]!
Dum [illegible] animo cuncta licet tuo.
Nempe illa nostros quae pondere [illegible] capillos
Saepius [illegible] [illegible] sensit [illegible].
Quae nobis [illegible] liquidis vestigia plantis
Permulsit dura nec satis apta manu.
Credita cui fuerat [illegible] custodia nostri
Cum te me subiit dicere esse meum
Forsitan hunc [illegible] [illegible] Briseidis ignes
Et Polemoniadae corda subacta ducis.

Thessalus ast formam Briseidos arsit Achilles,
Virgoque cubasse thoro principis digna fuit.
Alter divini numeris insignis Homeri
Nota Sophocleis altera carminibus
Nunc quid te moveat facies, quid gloria nomini
Disperiam si tu dicere vera potes.
Saepe tamen cursum tibi ignara visa sequuto
Quam dictis priscos ludificasse modis.
Dumque memor repeto priscorum nomina avorum
Vix capiunt magnos atria longa duces
Caesareum nil maius dederat pia numina terris
Huic tamen e nostro est sanguine ductus honos,
Quid tibi nunc magnis referam de regibus ortos
Aut iactem antiquae nomina clara domus?
Una mihi mater titulos Isabella genusque
Una dedit, ceras implet et imaginibus.
Quae quondam calathos, telasque exosa Minervae
Martia femineae sustulit arma manu.
Moxque sua fractos sensit sub cuspide reges
Caesaque captivos [illegible] dedisse viros.
Eximiis hinc aucta domus, hinc aucta triumphis
Addidit imperio sceptra superba suo.

Celsi cuncta poli donec sub aetherea virtus
　　Condidit, invicto parta trophaea solo
Baetis, Anas, Sicorisque vago qua praenatat alveo
　　Terra potens fulvi testis et unda Tagi.
I nunc, atque tuos nostris componere reges
　　Aude, et compositis foemina maior erit.
Imparibus ne forte ferox et in foedera vinclis
　　Deceptum quondam nostra venire putes.
Tu per aeternos placuit mihi natalis honores
　　Dum licet ipsa uno Caesare fulta satis.
Qui tamen es? nostri quid tamen paenitet oris
　　Congressu ut fratris abstinuisse meo
Reginam thalamis qui sic excludis, et ipsa
　　Connubia exagitas vera fidemque premis
Tecum ego florentes potero sic turpiter annos
　　Exegisse, dolis me minimosque tui!
Aut ego sic casto polluto corporis flore
　　Amisisse virum nomine sustineam?
Pellicis ut vano tandem corruptus amore
　　Exueres spoliis omnia virgineis.

Ipsaq crudelis sim fabula nota Britannis
    Et saluo uiuens hic ferar orba uiro
Hei mihi terra satis quae nam nunc ima dehiscat,
    Quodq petat summa hoc fulmine ab arce caput!
Debueram nati iugulo demissa amoris
    Flumina humoribus supposuisse tuis
Et patrijs artus sparsos apponere mensis
    Objicere et saeuis uiscera nostra lupis.
Sed tibi quem nulla est pietas crudelibus ausis
    Obstitit et saeuum dextra refugit opus.
Vestra decent tales animorum pectora motus
    Conueniens nostro est mitior ira solo.
Haec potius uiuat plenis, et nubilis annis
    Matris ad exemplum nubere casta uelit.
Nata uides patrijs genitor te pellere regnis
    Nititur, inde grauis sit tibi multa nota.
Et matrem fraudare thoro Justisq hymenaeis
    Heu nimium turpi uictus amore parat.
Si tamen his positis mitescat litibus olim
    Saeuaq det rapidis uota ferenda notis.

Sola tibi ex tantis servati sedibus heros
Suscipias tenera sceptra regenda manu.
Tu facilis sim[ul] lib[e]r[os] teros, facilisq[ue] hymeneos
Perspectus summi carmin[e] poeta Joue.
Maternumq[ue] animo referens persepe dolorem
In nostro dicas circita timid[e] malo.
Tesiphone crimen tenebris redimita colubris
Intulit ardentes in mea damna faces
Obscenum et carmen diro ingeminavit ululatu
Tristia connubijs omnia fudit avis.
Ipsa sacros ignes d[e]vovit pronuba Juno,
Et mihi dedistrata cora soluta manu
Vistra tam[en] sup[er]i si numina lesa repon[u]nt
Erronum penas supplicibus q[ue] ofant.
Hec loca iu quondam Cesar populans, et igni
Sica regna docerat equora nostra pati.
Quodq[ue] olim potuer[un]t Dei bella horrida p[at]ri
Deum ferit et medijs fulminat ille mari.
Caerulo ostendat frustra cos fidere ponto.
Lataq[ue] in quelis fluctibus arca deis.
Cesaris ista hom[in]e[m] et[iam] nunc litora nome[n]

Quo duce (ni fallor) bis potuere capi
Illa sibi obiectos audens transcendere molis
Inventusque prius per vada fecit iter.
Et male defensas in praedam fervidus aras
Vertit et obstantis militis fregit opes.
Sic uentos aperuit uirtus Romana furores
Et gessit ignotis inclita aequoribus.
At precibus si quis superos colit et tua possit
Inflectis blandis pectora dura sonis.
Deiectis hinc nata oculis, hinc aspice matrem
Nec pigeat tantis ingemuisse malis.
Aeternum sit laeta uiris sit laeta puellis
Tellus subiecto floreat ista mari
Et mala cuncta ferant per terras sparsa ubi
Deprompsit laeso quae mihi corde dolor.
Quod si sola tuo mittar non digna cubili
Et tibi tristes uiuere dissides.
Nec te iura mouent precibus nec flectis ullis
Nec sanis oblat filia parua tuis.
Me duce laeta tua mittatur munera genti
Hemiaum nihil mortis habere meae.

Sedibus utque tuus genitor gothica sub imis
Possit, desque tuis surgere nominibus.
Audiat uxoris spolijs, et cede superbum
Pellicis indigno colla dedisse jugo.
Vos vero ultrices mecum properate sorores
Et mittam diris pectus imaginibus.
Ut neque iam dulci declinet lumina somno
Nec valeat somni nullis habere modum.
Sed flammis civilis quoque vestigia sedis
Illuc Tartarea lumina sistit fau.

Finis

Francisci Portij Notarij ...

Aurea post prim. casum, nocamque Laudis
Atque ubi fluxerunt argentea secula quae sic
A doctis sunt dicta viris, certe nihil quod illis
Nemo nocens vitae simplum deduxerit aevis,
Ferrea in aetate lapsi sumus impia tristis
Qua vitij scelus, et monstra plurima regnant
Virtutis sed ubique pam. usque latentis.
Hac aegri sitis atque fames crescunt habendi
Congerendique auri nec non insana libido.

Noscendi proprium sibi quod sunt omnia cuique
Cum prius in commune usum bona promota fuissent
Maluit in laudem usque modicum sibi tolli
Quaerere sub proprii titulo quam munera terrae
Ad commune orbis spatium et sine limite campos
Hinc Mercatorum solertia magna cohorta est
Hinc fabricandi ingens prudentia venit hinc est
In contractibus et distractibus anxia cura
Nec minor in cunctis industria rebus agendis
Verum hominum rara cum res sine fraude negantur
Aut una oblivio nec pauca perirent.
Quae sub simpliciter, puro aut fructius alta
Multa etiam mors seva suae sepeliret in umbra
His opportunum visum est qui res primus eas iam
Noverint, homines quosdam eligisse probatos
Qui fieri in dubio mandarent omnia scriptis
Facta voluntates testantum, ac iudicialia
Gesta foro ac tali munimine cuncta notarent
Ut liceat nulli oppugnare fidelia scripta
Nam scripsisse membranis unum, quae est mortua pellis
Plus fidei, minus quam testibus esse duobus
Hos quia scribebant tabulis res publica prima
A tabulis voluit vocari, estque tabellio nomen.

Maiores etiam nostri, non nulla putarunt
Debiliora fore (ut Juris presumptio nocuit)
Si adforet presentia Iudicis equi.
At Caesar verum postquam tractavit habenas
Cuncta prius statueris decrevit, ut hi, quibus aut es
Aut iter accessu deo concessisset ad ipsum
Lex comites proceresque suos haec dona tenerent
Sive quis illicito coitu satus optet haberi
Legitimus, quo possit opes acquirere, et heres
Institui seu quis velit esse notarius, idemque
Esse velit iudex, qui nomen ab ordine sumit
Ne posset verum ergo tegi, et ne oblivia, vel mors
Mentibus auferrent transacta negotia nostris
Inventus Scriba est huius pro cara, fideli
Dextera victuris servet mortalia Chartis
Ergo Odoricus ego Joannis filius olim
Tricom de genitus satus, curcana propago,
Mascula descendens per gemmina, fratribus olim
A geminis, Vlrico, Schelloque, vel Gonum
Altemutro, quos ipse equites proceresque virilem
CAROLUS Augustus sub eodem nomine quartus

Esse palatinos comites dedit ut patet amplo
Cesaris Urbe dato que Nurnberga vocatur
Indulto olim annis sub sexaginta duobus
Milleque tricentis, Decimo, octavoque Kalen
Mensis qui a Februo notissima nomina ducit
Tunc aderat mundo terquina indictio currens
Portius hoc vidit legitque notarius infra
Scriptus et in cera pendula signa
Ampla recludendo Cesaris huic ut
Munera diffundam quanta est concessa potestas
Bene moratum et eruditum Juvenem N. filium probi viri
Natum in Civitate, et ibidem tutantem,
Me coram digne positum flexoque petentem
Poplite, muniri se libertate notandi
Compertum illud habens, quod sit bene doctus, acerbum
Quantum gramatice studium capit, et magis huic sit
Mox se exercendo enasumus idoneus arti
Cesareo indulto munivi, ipseque deinde
Diximus in compos voti atque Notarius esto
Esto etiam Iudex qui nomen ab ordine sumit
Impositoque manu Calamo nigroque liquore

Cui potestatē credendi iussus habere
Per loca Romani Imperii quecumque fatetur
Diversos hominum contractus atque
Judicii quecumque homini mandat suprema voluntas
At volo quod iurans, tactoque exinde libello
Per sacra scripta Dei, que quatuor omnipotentis
Fecerunt scribe; iuravit protinus ille
Imperatoris precepta colenda tenere
Romanosque umquam reges nil dicere contra
Atque Palatino fore semper ubique fidelis
Publica Autentica non instrumenta papiro
Et minus abrasa pecudis describere charta
Et testatoris medio non pandere nuncii
Judicis et semper bene scribere dictaque testis
Nec prius quam palam sint promulgata priusque
Personarum causas miserabiles usque tueri
Pontibus atque viis, tectis inopumque favere
Hospitiis, et cuncta arti spectantia tali
Utque iubet Sacri Maiestas Caesaris, omni
Fraude remota, animo recto exercere fideli
In quorum que dicta super roboretque fidelis
Hoc fieri presens monumentum iussimus, idque
Signavimus solita nostri appendice sigilli.

Franciscus Robortellus ad Alexandrum Paulinum

Ut ne quid cum damno praecipitanter agamus
Aut temere, quod turpiter infectum esse velimus;
Cum mihi non liceat, et magna negotia plures
Hic sunt, optabam esse dies, nam accedit et illud
Quod, tutti scis, saepe sub interlunia foeda
Tempestas oritur, Cęli cum vertice ab alto
Gratus magnos effudit Juppiter imbres
Autumno turget amnis, furit acre ventus
Te Pauline tua oro pro bonitate, meoque
In te animo, quali erga fratrem frater, et unic[illegible]
Quo pater in natum esse solet, propere mihi cure[illegible]
Ut bene par generosum, ac forte paretur equo[illegible]
Cum rursus libra equalis adduxerit horas,
Atque diem tenebris noctis pensaverit, ambo
Quę cum iumentis vehant me, ubi Felsina Cęlo
Altas ostentat turres, et pinguia Rhenus
Boionum secat arva: Nihil mihi gratius [illegible]
Vive diu cum filiolis, et coniuge lętus
Atque opera nostra (nam praesto est) utere semper.

Sequitur Responsio sed deest finis

Alexander Paulinus
Francisco Robortello S. D.

Vt mihi quae dederas istic doctissime nuper
Soberti curasse opera mandata videri.
Ipse quidam, quanta cura, quantoque labore
Omnia confecta non immemor accipe nostri
Officij, meae munus sed iniqua sorte dolendum est
Si minus ex voto succedant iussa perita
Nam simul a vobis digressus, equoque volanti
Erectoque animo promptoque viam usque vorani
Donec in Attica fessi requievimus urbe.
Inde domum versus gressu Clenoma secunda
Excepit nostris multis retinendibus hora
Inuiti ut fit, cum quid contigit esse negoti
Et tandem ad multam perseravimus otia noctis
Vicini, de quo tibi Fannius, ille negauit
Se penes esse aliquid, nam quicquid ecquam
Emerat accepto distraxerat, ante lucello
Postera lux alto demersum pectora somno
Vt primum excepit surgit quae plurima medi

Torserat in somnis dehinc nos anxia cura
Tunc omnes adii, et de mercatoribus unum
Quemque rogans petii hic mihi non quid haberet equarum
Produxisse aiunt omnes, verumque dedisse
Praeteritis nuper, quae nundinae ab illis nomen
Sortitae insigni hos fama celebrantur in oris
Tunc mihi Vernomum Scotam mittere quaerendo
Suppetit; ille refert binas, et forsitan illic
Plures esse audio illuc, et sedulus omne
Percurro oppidulum in proxima, pascua visum
Venales mercator equas deducit, ibique
Nobile par compar annis, disparque colore
Corpore proceras similis quas forma probarat
Ostendit, laudat nimium nec venditor audet
Spondere et satis ipse dare, haec si sint minus aptae
Vel sint morbosae turpi vitio vel laborent,
Atque quanti liceant posco, denos quater octoque
Aureos scutatos petit haec per nimium iniquum

Cetera desunt

Iulius Camillus Petro Bembo
S. D.

Bembe decus Venetum cui civium roscida culta
Florida ars est, unde aeterni dulcis honoris.
Quid quaeso hoc est? quod multos ego multa per annos
Congessi et scripsi versu: multa otia nisi
Muneribus ut vacuo per me labor omnis abesset
Si possem, atque ausis divina his numina adessent
In rebus verbis, arte, artibus, articulisque.
At genus est hominum vulgo, quod fastidit adeo
Assensu nobis et dicta admonuit acerba
Quam lustravit opus sensu: quo saepe bona mentes
Cum gestum ratione videt, quid eos ordine gesti,
Consertum solet: quoniam dat verba fide res,
Fac exempla: quibus paucis variata figuris
Innumeris legimus dudum multa volumina chartis
Ignorant homines: librosque extant per orbem
Atque ex ignotis tandem unus existens qui se
Spondeat hoc parvum, quod non finita videtur
Actum in numerum: Quis Bembe huic crederet uni?
Inque notas unusque, quis scripta putant easdem
Recident assidue? at sunt invidiosa reperta

Te cultrix nemorum Vltor; te pomiger Vertumnus,
Vel — Te Venus (unus), atque uno qui cernis lumine cuncta
Te belli te Caeli rex: te falcis aduncae
In geminum septem haec moles tam daedala mundi
Numine tota est; atque simul mea machina tota est
Vos certa mundi uersatis moenia lege;
Vos certa nostri regitis loca picta theatri
Nam si quod sub, supraque est, circumque uidemus,
Quicquid in amplexu est nostro, natura creatrix
Praefinit nec est naturae a lege remotum,
Desideratur hic quatuor uersuum initia — Vrbis antiq. pardu
quemcunque locum triacuncta tenebunt,
Sermonis materies, uis.
Hac etenim ipsas res signant; quas uestra potestas
Numina, cata quas atque sunt aurea claustra
Et quamuis prima suscepti luce laboris
Et res, et uerba, et minima horum, et maxima quaeque
In promptu poterunt studiosis omnibus esse
Hic quatuor decim desunt principia — tamen horum obscurus Judiciumque
nisi lux quae semper in arte magistra
est inter nos, et rerum inter amicitias
mentis caecas arceant ab umbris
Ars alia est illi qui uerba solutis

Contexit numeris populo aut spectante senatu
foro vel nunc, tu qualia Bembe
mandas famae seclisque futuris
Inclyta describens Venetum tot gesta secum
illi qui plena deo sacroque furore
fontis murmur laticisque perennis
Paphia aut victrici tempora fronde
hedera circum ludentibus auris
floris canit inter et umbras
Cui [illegible] respondant luci amnisque sonori
Quorum qui maior tu qui aemula, dignaque Petro
Bembo facis melius poteris quandoque referri
Hoc ego, res numquam verborum [illegible] iter
Luminis infirmas ni ars certa educeret oras
Qui aliter [illegible] [illegible] alis
Sapiens: qui firma reliquit
vestigia: deinde [illegible] aperta
socios iam cursu [illegible] omnes:
Mox animo exultans divinum sublimia tendat
Atque elato superum, qui oculos in numine fixus
Hisque inhians, divinum ingenti pectore curam
Concipit: ad terras qui docens descendit ab alto
Atque aliter sanum Tulli os animi, aurea lingua:
Saeronumque alii [illegible] quorum si ego possem
O leti incertos casus mea vincent atque

Cuncta simul tandem digesta in sede pateret
Dicta sua: fuerant quae iam dispersa per omnes
Sic eadem sedes praebent cuncta legenti.
Dissidium tandem sic linguae, ac cordis abesset
Sed modo me maneat, quae multo Rex maximus olim
Munera promisit tantis dignissima cestis
Forte ego multorum auxilio, duroque labore
Percipiam morti immortales primus honores
Haec volui scires dum res abitumque pararem
Distentus toticsque Itali revocatus ab oris
Ne de me incertus rumor variusque feratur
Amplius; haec scriptis committo, cetera coram.

De Ill.mo Michaele Turriano Cardinali
Creato Octavi Mensis 1584.

Roma quid Antiquas moles opera alta supremum
In cinerem versas procubuisse doles?
Quin age et exultans animis hanc aspice turrim
Surgentem solido nunc adamante tibi:
Contemnes cui facile monumenta prioris,
Unaque pro cunctis sat tibi turris erit.

Aliud Eiusdem,

Adueniat, aspicimus colles, atq; hospita mundi
Mœnia longinquo quisquis ab orbe petis
Marmoreos postq; admirans conspexeris arcus,
Templa, hortos, Thermas, signa, theatra, vias,
Huc geminas conuerte acies, et hanc aspice Turrim,
Quam modo Romanus duxit ad astra pater
Siluicr hanc dices Diuis statuendam ipsis
Cetera mortali structa fuisse manu.

Ad Ser.^um^ Coll.^m^ Sapientum, con
Reconsultorum Venetæ R.P.
Fabius Paulinus.

Magnanimi heroes, quos late ardente corona
Diuinum mens iuuem cingit Adriacum
Mente pares Superis, super quos sceptra fundi
Auguit, et cœlestis cœlum imitata Deos.
Si pietas uos ulla mouet, nec pectora ferro
Vel gentis duro uinctum adamante animos,
Me miserum aspicite (proh dij) qui mutus auctis
Imperijs uitam hoc carcere clausus ago.
Imo ago non uitam, ast animam, qui omnium egenus
Conficior, iam conficior Alchymis
Si quid commoni fortis cito perdetis, et ima
Discedens tellus sorbeat hanc animam.

At mea si nulli mens est obnoxia culpę
Non hęc vestra precor in feratque pietas.

In obitum R.mi Iustiniani Aquileiensis
Patriar. Designati Fabij Paul. F.

Infelix nimium, et malis faelicta Aquileia, ingeo.
Quę misero sidera dirutta marte iaces.
Plaga grauis grauior tamen nunc et mala tragica,
Quo fatis ascripti funera mota cadis.
Namque tibi hic miseras poterat sarcire ruinas.
Huic similis haud aetas nostra nec ulla dabit.

In Francisci Venerij Patritij Veneti obitum.

Ecce Venerij fratris super duo lumina Ponti
Splendebant Sophię hic Pegasidum alter amor.
Inuidit Caelum, et gemino quia fulmine Astro
Luxerunt, Veneris lumen ademit aquis.
Tunc Pauidus fatis respondit uota, tumidis
Rex Pelagi, exposcens hanc redimi inuidia
Mota Dei hęc precibus, mitte hanc et pectore curam,
Dixere, huic tempus addimus illi hiemes
Et fratrem ut Pollux alterna morte redimit
Sic fratrem hic uita, et uoce fidis redimet.

Ad Riccobonum Fabius Paul.

Riccobone nouum decus bonarum
Artium, castaliique alumnus antri,
Cui debere fatentur eloquentis
Qui mysteria Rhetoris sequuntur
(Spissum mehercle opus, et laboriosum)
Artem insignis Ciceronis eruditus
Nam sic explicat hanc tuus libellus,
Imo Tullius ipse se suorum
(Qui tantus labor ingeniique acumen
Clari Juppiter, atque perspicacis)
Explanat varia eruditione
Scriptorum, apte ita, et eleganter, ut quae
Ante interpretibus tot eruditis
Vix comprehendere posse confidebant
Nunc paruo melius labore discant.
Paulinus, licet omnium sit ipse
Infantissimus, attamen puellis,
Quae nouem Aonios colunt recessus,
Auersis ut sibi sint, amicus, atque
Doctorum cupidus, colens, amatorque
Ardentissimus, arbitror, neque
non indignus amore, amoris in te
Ardens ignibus, hoc petit recuses
Ne ipsum ascribere candido notorum
Gregi, teque sinas ab ipso amari.
Hoc da (quod fore speras) impetrare.
Sic diu faueat tibi, tuusque
Aeterno maneat libellus aeuo.

Fab. Paul.

Ad Ill.mum Virum Joannem Grittum
Magnum Venetae R.P.
Proconsultorem

Urbis honos, et amor, divum grande Senatus,
Et Venetae columen Gritte benigne togae.
Quod tua nunc miserum pietas respexit solam,
Jejunumque famis faucibus eripuit,
Hoc vide sylvestri properatum carmen avena
Mittit pro certo pignore grati animi.
Misissetque ipsam una animam debere fatetur
Quam tibi, ni sacra compede vincta foret.
Haec cape nunc pro tempore. quod si feceris illi
Otia, et hunc musis et sibi restitues.
Sperato maiora, Capet tunc dulce. movebit
Forsan, et ad laudes totum Helicona tuas.

Fabij Paulini

Ad Virginem Deiparam et Divam Luciam Virginem

Francisci Paulini Carmen

Alma Parens Coeli summo dilecta Tonanti
Aeternus sanctae Virginitatis honor
Virgineae quam mille acies comitantur ovantes,
Quam totidem celebrant numina, et litant.
Quasine sol caecus, sine qua submersa profundo
Conderet aeternus lumina nostra sopor.
Et tu virginitas cui cordi est o bona Diva
Lucia pars sacrae maxima militiae
Diva decus Coeli, magno quae lumine terris
Fulges sydereo lumine lucidior.
Si colimus vestris solemnia sacra diebus,
Si damus et celebris annua festa tholis.
Vestraque si totis extant miracula terris,
Et si nos miseris ferre soletis opem.
Me miserum aspicite, heu miserum quem tot mala plagant
Hancque meis pestem sensibus eripite.
Quae caput in gyro subruit turbine summo
Et sensum nostris auribus eripuit.
Ut pateant nostrae nulli iam vocibus aures
Nec sanus templum cui tenet officii.

Quisque meos notus congressus respuit omnes,
Ne pudeat toto verba tonare foro.
Ipse etiam Lephinis donarem verba cadutis
Scripta forent animo in fines illa meo.
Non non humana vos pellet medicina dolores
Si mihi vos estis qualis ego sum aliis.
At vos adsitis nostris tam numina votis
Supplicibus, vestrum est hoc pietatis opus.
Multa, meis vos posse malis succurrere, vestris
Porticibus pendens picta tabella docet.
Adsitis Divi, non vos properasse pigebit,
Meque inter salvos connumerasse viros.
Non mea vos unquam violavit numina lingua,
Dira nec in magnum solvimus ora Deum.
Vos veneror vivens seu saxo in marmore templi
Seu nudis in [illegible] pictus habet paries.
Hanc vobis lucem multo cum thure sacrabo
Qua mea de caelo missa salus venit.
Hic mihi laetus erit dies, hic et mihi colendus
Semper erit, semper festus habendus erit.
Annuaque hic nostrae referens monumenta salutis
Hoc memori nunquam defluet ex animo
Non opus hoc unq

In lites,

Quis fuit insanus, primus qui ducere lites
Inter se hominum mite genus docuit.
Quam ferus ille fuit, quarum contemptor honesti,
Jam puto sit equis ductus ille feris.
O caput invisum superis, et sedibus imis
De tribus anguigenis quod soror una tulit.
Ut placidum divis turbaret litibus orbem
In ferrum vertens aurea secla patrum.
Hoc duce tunc primum terris Astrea relictis,
Paxque comes, pura cessit in astra fide.
Simplice tum cultu spreto, et pietate relicta
Litibus incertas unusquis amavit opes.
Hinc venere viris mordaces pectore curae,
Quae levibus medem frangere saepe solent.
Et me praecipue magno sic turbine versant,
Non mihi ut securus lucifer ullus eat.
Ah pereant lites, non nostrum est carpere curas,
Me iuvet in media pace perire senem.
Hostibus eveniant longa per secula lites,
Per quas sunt terris omnia nata mala.
Hinc irae, hinc cedes hominum discordia nata
Hinc fremuere truci classica bulsa viam.
Hinc calidaeque suis urbes cecidere ruinis
Hinc Res multorum publica saepe ruit.

Inuidia hinc fratres orta est, interque sorores.
Hinc odiisque lites urgeat acerba domos.
Hincque bonis miseros nudat, uestitque nouellos
Sors mala, per lites omne genus facinus.
Quis furor est tristem curis tentare senectam,
Ante diem? heu celeri iam uenit illa pede.
At mihi contingat pacem celebrare serenam
Interea et uiuimus sit sine lite dies.
Sit tenuis cultus, faueat modo candida nobis
Pax, humili agricolae sese reperta casa.
Pax hominum, et pecudum, frugumque o dulcis alumna,
Et sata Dis magni lapsa Iouis gremio.
Per te Rura uigent, et pleno copia cornu
Te sequitur, partes annus agitque suas.
Per te cuncta suos seruant Caelestia cursus,
Et suaui blandus illa Deo somnum.
Quid iuuat te ad summos prodest emergere honores?
Et sceptra gemma bellove caese sitim?
Quid iuuat aurati prodire e limine tecti?
Et premere ostrinis aurea fulcra toris.
Si nox longa uenit, nec reddi quit breuis auro,
Hinc et mille dies minuunt Exitiis.
Peruenit optatam mors hac inopina senecta,
Atque senis nudos cogit abire rate.

At mihi tu pax alma veni; quae pauper cultu,
Contentumque mea vivere sorte iuvat.
Vivam ego, nec sortem Ciro cur mi emiserit urna
Cum suprema mihi venerit hora, querar.
Nec mea tunc Pario decorentur fata sepulchro,
Mi sat erit sacro membra iacere loco.
Qua sua ruricolis celebrantur templa sub agris
Quae multa herbosa pampinus umbrat humum.
Atque aliquis forsan pacem veneratus amicus,
Mecum olim, memor huc dona sorta ferret,
Et iuxta tumulum hoc annoso in cortice carmen
Arboris incisum stans super ossa leget.
Qui iacet hic pacis secum vixit amator,
Respuit et cultu pauper divitias.
Heu mihi qualis erit finis, iucunda voluptas.
Forsitan hanc etiam sentiet umbra mea.
Felix qui vitam patriis inglorius arvis
Degit, et hoc sperat claudere fine diem.
Illum non vani fastus, non munera Regum
Flectunt insani non tremit arma fori.
Illum non Veneris [illegible] miranda terrae,
Non movet aurifera Lydius amnis aqua.
Non lana hunc Tyrio vestis bis tincta colore,
Moribus inque suis non spreta Ceca timet.

Solus habet pacem, solus non invidet ulli,
Solus rite Deum numina magna colit.
O ego felicius quam vellem condere solis,
Si mihi tam certum sors bona praestiterit.
Quam libeat teneris calamos inflare sub umbris
Ad trepidae rivos praetereuntis aquae
Hicque animo rerum proprias exquirere causas,
Cumque suis signis Caeli aperire vias.
Sin ego non possem tantas accedere partes,
Tunc mihi pastoris fistula in ore sonet
Tunc canerem Nymphas, et florida prata, premusque;
Proximus et nobis sese sonarit ager.
Et sequerer magni cantando Tyrsidis umbras
Et quid si in silvis fistula nostra iacet?
Tunc ego tunc placida celebrus morte quiescam,
Tunc fuerint manes non sine honore mei.

Sylv.t Rancini Baudini

Cl.mo Gaspari Cinco
Hieronymi Amalthei

Galla puellarum pulcherrima, Galla Napeis
Aemula, quae cantus dulcedine uincit olores
Insidiarum querula reuocabat uoce Perillum,
Qua fugit irriguo piscosa Liquentia cursu,
Dumque repercussas mulcet concentibus auras
Unde arguta procul modis respondet imago
Audierunt gemini miseraeque suspiria Gallae
Qui colludebant uicino in gurgite pisces,
Nec mora mobilibus caudis, illaque supino,
Virginis ad numeros celeri uenere natatu
Et bibula dulces hauserunt aure querelas.
Interea qui forte comam tondebat Amelli
Pastorius Lycidas, quo non felicius alter
Decipit irriguis Acheloia monstra sub undis
Squamosas pecudes, ut primum littore ab alto
Attonitos uidit fixisse in Virgine uultus
Protinus incautis solitique immemor astus
Texuit insidias, onerosaque retia plumbo
Circuitu ingenti latum diffundit in amnem;
Mox iterum ad sese fallacia lina reducens.

Solus habet pacem, solus nō inuidet ulli,
Solus inter Deum numina magna Colit.
O ego faelices quam vellem condere soles,
Si mihi tam certū sors bona praestet iter.
Quam libeat teneris calamos inflare sub umbris
Ad trepidae rivos praetereuntis aquae.
Atque animo rerum proprias exquirere causas,
Cumque suis signis Caeli aperire vias.
Sin ego nō possem tantas accedere partes,
Tunc mihi pastoris fistula in ore sonet
Tunc canere Nymphas, et florida prata, nemusque,
Proximus et nobis saepe sonaret ager.
Et sequerer magni cantando Aeneidis umbras
Et quid si in silvis fistula nostra iuuet?
Tunc ego tunc placida cedens morte quiescam,
Tunc fuerint manes non sine honore mei.

Silv.t Rancisi Baudini

Cl.mo Gaspari Cico

Hieronymi Amalthei

Galla puellarum pulcherrima, Galla Natisis
Aemula quae cantus dulcedine vincit olores
Insidum querula revocabat voce Perillū,
Qua fugit irriguo piscosa Liquentia cursu,
Dumque repercussas mulcet concentibus auras
Unde arguta procul modis respondet imago
Audierunt gemini miserae suspiria Gallae
Qui colludebant vicino in gurgite pisces;
Nec mora mobilibus caudis, illeque supino,
Virginis ad numeros celeri venere natatu
Et bibula dulces hauserunt aure querelas.
Interea qui forte comam tondebat Amelli
Pacorius Lycidas, quo non felicius alter
Decipit irriguis Acheloia monstra sub undis
Squamosasque pecudes, ut primum littore ab alto
Attonitos vidit fixisse in Virgine vultus
Protinus piscatus soliti non immemor astus
Texuit insidias, onerosaque retia plumbo
Circuitu ingenti latum diffundit in amnem;
Mox iterum ad sese fallacia lina reducens.

Exemit saliente udo et carcere predam.
Quam nulli cassis, quam nulla incendia terrent
Non ingrata tua modo sint sua uiscera mensae
Magne Crici exiguam predam ne despice na[m] si
Piscibus ornari geminis dignatur Olympus
Ne tua contemnat geminos communia pisces

Ad Gasparem Crici Epigramma

Infidum cum Galla ardens abiisset Perillum
Et permutatis currere sensit equis.
Protinus inducta est animum cui ceste simile
Et sequitur cursu dum fugit ille pari
Utrisque exclamans frustra calcaribus illis — alis
Vecta cupidineis te fugitiue sequor
Finis mortis

Ad Laurentium Massam De Diui Mercurii
qui totiis expectata multis adhuc uenit
Fabij Paulini Carmen.

Saepe mihi cupidis quaerenti optata salutis
Et quando adueniet lux mihi quis ue feret?
Docte mihi Massa responsum mittitur, illam
Mercurius ueniens et dubita refert.

Consensu expectans redeuntē, nec mihi visus
Mercurius lucis lucifer huius adhuc.
Quesiui hunc miser, at veterum monumenta per Ās
Mercurios multos Invenio, hunc minime.
Non Jouis, nec Cælo satus hic, nec hic habet alas,
Talosve, ut vel leguit, quum canit hic pedibus.
Nam testudineis vel passibus iret ab oris
Venisset dudum iam tamen Hesperijs.
Dum fessus querendo, famisq, obrepsit in ædes
Interea atq omnis mi facit Insidias,
Quando ego confugio ad Sapientum oracula, et arca,
Vt dum Pierides sic voluere pater.)
Et rogo vel doceat, ubi hic est, ut sistere possim huc;
Vel dent huic alas, ut celer aduolitet.
Sin quia claudus adhuc, iterum expectare jubet me,
Saltem Jeiuna tecto abigat rabiem.
Ne vesana lues me dulci eliminet æde.
Atq etiam vita quæ tibi una mihi est.
Ne ue salutiferum dum expecto hunc, me alter ab Orco
Hac duce Mercurius lucifer eripiat.

De morte [illegible] Megalutij

Elegia Fabij Paulini

Pro dolor in medio cecidit Megalutius aevo
Et saxo hoc tectus corpus inane iacet.
Intempestivae fregistis stamina Parcae,
Stamina pro isto dissolvenda viro
Praecipiti nimium properastis fata volatu,
Itque repentino mors violenta gradu:
Crudeles nimium Parcae, crudelia fata,
Saevaque mors tantum quid properare iuvat!
Non potuit moriens caris dare basia amicis
2 Dicere vel uxori, verba suprema, Vale;
Non potuit fugiente anima videre mariti
Maesta uxor, castoque excipere in gremio.
Assiduas fundit pro quo nunc illa querelas
Nec maestis unquam temperat a lachrymis
Et trahit ex imo semper suspiria corde,
Ut socio turtur cum viduata gemit
Taliaque in cassum tenues effundit in auras
Singultu missos concutiente sonos.

Cur ah, cur subito mors importuna maritum
Abripis? et caros pellis ad Elysios?
Nec dum lustra decem Florendi viderat aevo,
Et nulla in vultu ruga finduerat.
Non nisi maturas Autumnus colligit uvas
Nec poma ante diem carpit ab arboribus.
Flava Ceres nunquam lactenti demetit arva
Florida nec resecat gramina falce Pales.
Sed tu nec pueris nec senibus impia parcis,
Et iuvenesque primum tollis et ante senes,
Delius Auroram nitidam quae nunciet ortum
Praemittit, virides ver nitidas violas.
Ipse prius ~~toto~~ diffundit nubila caelo
Iupiter effusis quam cadat imber aquis.
Sed te nec miseram nullus praedixerat ante
Venturam nostri quam ratis atra viri.
His fletum ingeminat dictis, fletusque recludit
Vocis iter prohibet pluraque posse loqui.
Eheu quidam inique morti timor addidit alas
Et docuit tacito posse venire pede.
Nam timuit lethi ne dulcis conscia coniux
Movisset lachrymis numina dura piis.

Irrita sed fundis cur tot lamenta querelasq;
Et miseris animū sollicitas lachrymis?
Vita emissa semel nō est revocabilis.
Annectunt nūq; stamina rupta Deę.
Pallida mortalis eadē omnesq mors manet ista
Et jussit Nasci Conditione Deus.
Quin potius letari, alto quod uiuit Olympo
Et tumulo supplex dic pia Verba suo:

Ad Fabiū Paulinū Alexādri Paulini Car

Proh dolor Infelix genetrix charissime nate
Quę fuit et uita charior atq anima.
Nuper in aeternam clausit pia lumina pacē
Illum nec potuit lęta uidere diem.
Quo te muneribus dignati principis (?) fueris
Aspiceret, quē iam nō procul esse nor.
Scribere quę prohibent lachrimas inhibere precamur
Aeternę superna jussit ut illa pia.
Vtq nō dubijs multo praeciderat ante
Indicijs fati tempus adesse sui.

Queqz fore[?] nusqz ullius sibi conscia culpe
Magnanimi hoc retinens solita facta viri
Tempore in extremo singultu femina nullo
Sustinuit lumen, ait, deficiente manu.
In manus tuas commendo manus[?] mea dicere claro
Voce potest illum qui spiritus exierat.
Num turpissimi lachrimis debemus ocellos
Humana pleniqz conditione satis.
Non igitur nimium hoc merendum est optime grate
Dignum certo nos dicere esse animo.
Nam fruit eterna nobis hec femina sedem
Et monet extrema nos vigilare die.
Plura locuturo mihi garrula turba tumultu
Obstrepit, et cogit dicere nate vale.

Joannis Baptiste Laulini[?] Juris Cons.
Epigramma de Eclipsi.

Sole orbem totum lustrari fata volebant
Opponit soli se emula luna suo.
Hoc parte alt orbis terrarum luminis cassus
Dicere oppositum mititur inde globum.
deerunt ceu deesserant

Hinc ~~pat...~~ omnipotens ubi sic certare videsset
Justa esse et causa prospiciat orbis ait.
Floreat haec orbis, tamen et Soli capesset
Luna: et asperam remanerit ... suo.

Joannis Bap. Paulini Ad quendam Vicarium ... terri Patrie Foriiuli

Consultor Veneti, cura et carissima regum,
Cui haud magis Veronae, debet ut illa tibi.
Incendens tu flagranti meus amore
Praeclara Venetae ... gesta forum,
Ut minime subitus uenies tibi, cum mihi recesti
Discessus fuerit magnus Capella tuus.
Sic subitus minime, ut tu ... fuisse, et
Aduenisse quidem non redijsse putet.

Aliud Eiusdem ad eundem.

Aurea cessere, redierunt argentea secla,
Saturnus cessit sceptra regenda Joui.
Juppiter aduenit Justi moderator et aequi.
Assistensque suum ponit Capella Jouem.
Non quae sponte sua, at quae tellus culta labore
Fert mites fruges turba alimenta legit.
Hoc mage faelici seclo mitissima jura,
Et dabitur certo noscere Jure suum.

Ad Ascanium Borattum

~~[illegible]~~

Bistonius Vates cantu dum coniugem vocaret
Uxorem, movit Tartara nigra suo.
Nec carpsere iecur volucres, et Belides urnis,
Carmina miratis abstinuere suis.
Et neque praecipiti, saevimus, [illegible] Ixiona lapsu
Volvit rota deum Sysiphus ipse miser.
Et spacio liquit manibus subvolvendo saxa,
Non aliter dira Tantalus ille fame,
Extinxit magnos etiam mitigare dolores
Tot moestis animis, noctes, diesque datum est.
Ac pariter dicentes venit formosus Apollo
Et pater dixit tu decus usque eris.
En simul Amphion pulsis ad carmina venis
Et Lycius currit laurea serta gerens.
Tu Boratte comes solus dixere repente
Noster eris mecum ad oscula nostra veni.
Concurrens Pallas quid [illegible] contenditis inquit.
Fili iam meum hinc nunc Helicona veni.
O me felicem si divo numine natum
Carmine te posse concelebrare meo.
Verum fac valeas, nostro et digneris amore,
Carminibusque tuum nomen ad astra feras.

De Ill.mis Farn.e Principe Ab Hispaniaru
~~Rege~~ Belli imperatori constituto.

Æterni tenuit bigemis Farnesia Zona dis
Imperium in terris, et pia sceptra poli:
Terrarum Imperij cur non Farnesius Heros
Pro Augusto mereat posse tenere suo?
Et si fata iubent, ut toto pastor in orbe
Unicus, atque una fiat ouile gregis.
Militia cur non Unus fera regna domabit,
Junget et Eoos Insuper Hesperijs?
Quin si unus tanto regi non sufficit orbis:
Universat Virtus Inclyta sufficiet.

Joannes Bap.ta Laulinus Juris
Consultus.

De laudibus Michaelis
Turrigiani Comitis Episcopi Ceretensis
Qui postea Card.is o de Incert. Jo. Bap.ta Pau.

Quis canat mecum proceris perennis
Turris laudes, animumque largum?
Huc pedem grato celerate laeti
Carmine Vates.
Dicite insignem pariter Camena
Candidam morte, genus et vetustis
Regibus ductum, atque uos Seleste
Nobile Nomen.

Facta quis dicat celebret ve dignè,
Quae vel excelsum cuperent Maronem
Vel genus Pindaricum memorant vllo
Munere pectus?
Ille Pastoris monitu praestitores
Gallicas posquam superauit alpes
Prouidus regem petijt legati
Munere fungens.
Praemia hic spreuit, populumque plausum
Spreuit argenti laminas, et aurum,
Heu nimis fortis quotiesque supremos
Spreuit honores.
Maxima hac fama super astra notus
Praefuit primis, posuitque praeses
Urbibus leges, populo deditque
Iura potenti.
Ille at exosus nimios triumphos
Aureum laudat mediocritatem,
Nunc tenet multa placidum quietem
Cencta tum.
Tu eccl Inuicte et venerande Praesul
Fata per vndas; caput eccl Catanum
Et celer ripas iterum reuisit et
Symidis Vndam.

Te uocant septē, cupidīq; colles.
Jam satis questī dolvim̄ iniqua
Sorte Romana heu Carruit sub quod
Aula becon̄:
Quin et affati Ceciner̄ uates,
Secla Saturnia reditura dudum.
Maximusq; ut Tuum fuerint legati
Omnes habere

Venditionis Forma

Adsit, et afflatu nos augeat undiq; CHRISTUS,
Exortu huius quarto septuagesimo et duo
Mille supra, et quingentos elabente secunda
Quę est Indictio Romulidū de more uetusto.
Luce Iovi sacra sunt ista Tricesimi in ipso
Vico atq; oppidulo, nostris et sedibus alta,
Paulini scribę doctoris, Gramaticiq;
Petrus ubi alterius (fuit hic ita posthumus) olim
Petri, Petriniū appellat cognomine uulgus,
Natus ibi, et ueteris prius, ut nunc accola nris,
Per se ipsum, heredesq; suos uendens dedit, atq;
Tradidit, ut proprium, nec nō immune ab omni
Ęre, servitijs, aliisque, perpetuoq;
Nicolao, genuit scriba hunc, Antonius ille
Scribarū eximia fuerat qui gētē creatus;
Presenti pro seq; suis heredibus atq;,
Accipienti agri, uel malis dicere quidda
Predioli paulū, uix bina aut iugera terrę,
Complexum, partim consertū uitibus; atq;
Arboribus, partim quod scindi possit aratro;
Quod iacet, atq; situ est huius confinibus agri
Qua torrens (Soynā) appellant, ad labitur undis,
Adiacet heredum Pellini solis ab ortu,

Et fundum Litij fluvio contingit ab austro,
Solis ab occasu Cypriani jungitur una,
Hinc Boreattoni, Boree de partibus agro,
Qui Fregellanis Dominatur Collibus ~~hisq.~~ hosq.
Intra vel si sint propriores nomine fines;
Id pretio factu, et de denis quinquaginta minis
Auri; Ducatos vulgo nos dicimus; hono
Libris sex constat solidis, et quatuor unus,
Quilibet et solidis bis denis libra facta est:
Quod pretiu accepit totu tu venditor ipse et
Tum pretiu numerando Emptore videntibus ipsis
Testibus, et scriba me, habuit, numismata partim
Aurea Celatis Venetum sub imagine notis
Principis Illustri, fuerunt argentea partim,
Cumq. suis, accessus, Juribus, atq. recessus,
Quaeq. dati demu sunt tradita singula queq.,
Ipsiusq. fundi quavis ratione, modoq.
Spectaret Celi de vertice Tartara ad ima
Emptor ut hec habeat, teneat, possessor et ipse,
Det dono, vendat, titulo vel quolibet ista hec
Transferat In quavis ~~titulo~~, similiter efficiendi, vel hoc qui.
Vendidit, aut alio nei facti, aut nomine Juris,
Quin ibi Constituit solemni venditor actu,
Nomineq. Emptoris standu, quae vendidit ipsi

Tam se posiden diu, dũ nactus eiusde
Sit possidendi Jus, Quod tamen ipse subinde
Emptor ut acciperet concessit venditor ipsius
Jure suo donãs eãps exinde futurus,
Per se sollicitus, et heredes stipulanti
Emptori pro se, nec nõ heredibus ipsis
Accipienti agrũ, qui redditus usq tueri
Prestare immunẽ, nec nõ defendere ab omni
Certa concilio, vel quolibet impedimento
Ad quẽ supposuit bona singula, quesq moveri,
Queq minus possint, et quẽ sunt, queq futura,
Dicens nec contra unq p se, alios ue, nec ulla
Aut ratione venire, aut tendere causa
Contra que supra sunt gesta, subindeq pena
Edicta est dupli quã soluat venditor huius
De quo lis constet, cuiusve parte soluta
Vel nõ, quẽ supra sũt dicta gesta manendo,
Firmaq, grata, rata, et nullo rõ tempore sub
Affuit his, partes agerent dũ gesta p ipsas,
Franciscus ueteri Fabrũ de stirpe ciuis
Ceccus, et Albertus Maurus capsilibus orti
Acciti ambo testes partibus ambo rogati

Scripsit Alexander Paulino patre oriundus,
Publicus ut scriba et Iudex simul ordine dictus
Omnia quae his scripsi sunt exarata, nec ista
Publicando fecit posito eo nominis signo
Roboris, et fidei, quae sint monumenta perennis,
Aeterno ut vigeant ipsis mandata tabellis.

Ad Fulvium 1586

Nunc ubi candenti conflat Sirius arva
Sydere, sollicitus sum memorisque tui.
Nam licet uxori non desit copia Bacchi,
Mi tamen Ecosteon lenius esse merum.
Quod minus officiat stomaco, laudoque tandem
Sublevet et vires augeat ingenij.
Quale tuum Etruscis designas ore tabellis,
Quanto quo citius gratia maior erit.

Sonetto In Modo di Dialogo tra l'Huomo, et La Morte. 1586

Morte che fai? no 'l vedi? Io mieto. E che?
L'Humana vita. Et nō riguardi à chi?
Nò, che Colui, che mi hà mandato qui,
Nō volse perdonar la vita à se.
Dimmi, farai tu questo anco di me?
Stolto, dubiti tu? ben sai che si.
E non potrò saper l'hora, ne 'l dì?
Nò, per che tal secreto in Dio sol è.
Chi t'hà fatta si cruda? Il mio Signore.
Per qual cagion? per castigar chi erra.
E dar la palma à chi gli ha dato il Cuore,
Volendo io la vittoria à tanta guerra,
Che debbo far? lasciar l'antico errore,
Per cui l'Eterno ben si chiude, e serra,
~~Hor che sei vivo in terra.~~
Cogli le rose, è lascia star le spine
Che savio, è sol colui che pensa il fine.

De Alexandro Farnesio militiae duce
et Philippo Hispaniarum rege
adversus Morinos
Ioannis Bap.tae Paulini Iunioris

Aeterni tenuit si gens Farnesa Tonantis
Imperium in terris et pia sceptra poli,
Terrarū imperium cur non Farnesius heros
Pro Augusto ~~nequeat~~ posse tenere suo,
Et si fata iubent, ut toto pastor in orbe
Unicus, atq; unum fiat ovile gregis,
Militia cur non unus fera regna domabit
Iunget et Eoos insuper Hesperiis.
Quin; si unus tanto regi non sufficit orbis,
Unius at virtus inclyta sufficiet.

De Pio V. Pont. Max. et Ill.mo Car. Ciriellio
Ioannis Baptistae Pantini
Romani

Tarpeia excubitor residet Ciriellius arce,
Vt vaticana pervigil ipse Pius.
Si sic committi potuissent sceptra duobus
Caelestis solij (quod patet esse nefas)
Imperii ut terrae, sic Caeli tempore eodem
Imperet Eous, imperet Hesperius.
At quoniam haud licuit regnare hos tempore eodem
Eoo cedet protinus Hesperius.

Eiusdem de Repentina Morte Hieroni Vicentini
Viestie.

Annua cunctorum iam aderat sollemnia Divum,
Caeticolis fuerat sic sacer ille dies.
Dum valet, atque viget, loquiturque Hieronimus heros
Suspiciensque colit numina magna Dei.
Corporis oblita excelso mens haesit Olympo
At sanum corpus tunc sopor altus habet.

Ad Jacobum Cittonium [?] doctum
Joannes Baptista Laur. Mantuan.

Martis honor juvenis ~~virtute et fortibus~~ ausis
O decus, o patriae gloria magna tuae
Quae tibi ad coelum ~~Caeternis~~ ~~portendit~~ ab omnis
Plusquam mortalem praemia stella coma
Cuius ornatae eloquii tota Itala tellus
Obstupet ~~tectis~~ [illegible] superciliis.
Cui nihil ignotum fateare oblivia praeter
Esse tibi, scio quidquid in orbe potest
Scribo ergo (sic vincas) et cis mihi magnus Apollo
Mellifluus parvo ~~[illegible]~~ poema modis.
~~Hanc~~ tu Georgicos urbis [illegible] carmine laudes,
Ut pia dives opum tuta sit hostis [illegible]
Nam si tam gaudet quondam genuisse Maronem
~~Caeterni~~ cecinit qui fera bella ducis
Quo magis ~~Caeternum~~ gaudebit habere poetam
Hunc patriae celebret qui otia sancta suae:
Oh quam gaudebit [illegible] Cononem vatem
Quo spero tolli nomen ad astra suum.

Eiusdem Joannis Bap. Paul. ad Alexd. Patre

Paulinus senior uocat in certamina cunctos,
Seu cursu uelito, carmine seu sit opus.
Hunc, uix ullus erit, qui aut cursu, aut carmine uincat,
Qui et cursu, et uincat carmine, nullus erit.
Formandis animis melior tamen omnibus unus,
Quem uincat, nullum, se nisi uincat, habet.

Io. bap.tae Paulini Iuriscons. fabella

En lupus, et uulpes pascentem gramina mulum
Stirpem mirantes obstupuere nouam,
Quaerenti uulpi unde genus cum nomine dixit
Crus nothus extendens, hoc lege calce, scies,
Hortatus lupus ut doctus legere ista uicissim
Cum uulpis risu calce reiectus abit.

Eiusdem Benedictio mensae

Magne pater, celso, resides qui semper Olympo,
Supplici ubique tamen uoce uocatus ades
Appositas epulas, lautae et conuiuia mensae
Accepta en ferimus, gratia et unde tibi,
Oramus que, haec ut nobis alimenta ministras,
Hocque, tuo pascis corpora nostra cibo,
Sic animos etiam pascas pietatis amore
Post coelo ut pascas nectare, et Ambrosia.

Ad D. Ant.m Marchesium
Alex. paulini

Presidis atq urbis momitu Marchesius heros
Qui genitus illustri munera digna viro
Curat et ~~immensae~~ innumera saturari millia gentis
Longinquum vectae per mare frugis ope
Cum desperate populorum nulla salutis
Instar naufragij spes aliunde foret.
Et decus et nomen parat indelebile vera
insignitq suum nobilitate genus.
Inclyte Marchesi longa dignissime vita
Cum per te vivant millia multa hominum
Hoc alijs praestas, patriae cum plurima cuncti
Plura tamen facis, ut debeat illa tibi.

Ad eundem eiusdem

Alcides volucres, hydras domuitq leones,
Ignivomasq feras, tergeminosq viros
~~Terna inde sola~~ A
Immortale tamen et secula cuncta futurum
Aethereo nomen sede receptus habet
Tu privaturum cunctis cito gentibus orbem
Maius monstrum abigens hac regione famem
Quam satis egregiam ~~laudem~~ Marchesi candide laudem
Quaeque tibi meritis premia digna feres!

Ad Clar. Ptorem Stefanu[m] Bernagrom
eiusdem

Temporis angusti cursu dux maxime Stani
Terrarum afflictis miseratus opem
Et quos fraudauit tellus ut saeua nouerca
Desit ut his uictus copia nulla facis,
D. ~~[illegible]~~ per te cedes animus Concordibus absens
Et seruas sanctae munera Iustitiae
Super hominis sortem te posse ostendis, et alti
Mentis Consilium cernitur (detegis) inde tuae
Optime magne tua Praeses uirtute precamur
Vt facis expellas hac regione famem
Ne mendicantum miserae per compita turbae
Implorent populi praetereuntis opem.
Si fame et superum, naturae et lege iubemur
Eripere immani si potes morte genus
Praemia pro meritis celo tibi parta Senatus
Nouit ut haec capiti dent diadema tuo
Haec tibi Praxiteles opus est, aut magnus Apelles,
Aeterni uiuent inclyta gesta tua,
Postera magnanimos aetas mirabitur actus
Et praetor, dicet, maximus iste fuit
Pro rebus innumeris qui uitae gentibus unus
Terrarum insontem cuncta premente fame,
O mira atque ingens facinus, quis principis una
Tot superesse hominum millia credet ope.

~~1588.~~ Ad Clariss. viri D. Bernardu namiu
Scritorum Senatum Alisp. paulus Carme

O primum qui fuerunt, Carissi[illegible] et maximi [illegible]
Quem [illegible] oes et pia turba colit.
Cum tu mortali [illegible] gesti benignus
[illegible] morbis [illegible] restiteras:
Temporibus [illegible] tellure [illegible]
Cunctaque terrarum concuterit fame.
Te [illegible] insigni hoc donauit munere nami
Vt videas, quo sit Charus et [illegible]
Vt te postremo donis maioribus auctus
Principis excelso collocat in solio

Aliud in eundem

Regia [illegible] puer [illegible] genitoris imago
Coniugii sancta pignus amicitiae
[illegible] auspiciis fidelibus orta [illegible]
Quo simul [illegible] gaudia [illegible] patris
Viue precor felix tibi sidera dextra fauento
Te Lucina [illegible], Charitesque [illegible]

Tu simulac firmata virū iā fecit aetas
Cū flore aetatis numina sūma genis
Quae te nascētē gremio complexa parēti
Fouerint huic tuo plurimo dona dato (plurima)
Inferior simili ne sies ratione parē[ti]
Soluamus cui nequeat maxima si faciāt

Io. bap.tae Zantini I. C.

Vsserat innumeros quondā Regina forma
Nullius tacta illius ignibus ipsa tamē
Idalius fertur puer ut sua numina uidit
Spernere deum exclamans sicuine uincor ait,
Nullus amor tumidā, illa mei nō cura remordet,
Iu pater ipse tuas expenare faces:
Iuppiter arrisit tremefacto et cardine Olympi
Proximus hesernt corde tremente faces,
Aethereo flagrans summi tūc igne Tonantis
Blāda deo fertur uicta dedisse manus,
Mortalesq; omnes sic auersata pudico
Pectore supremū deperisse deū,
Quae si nō uixit terris quos debuit ānos,
Aeternas coelo uiuet Olympiadas.

Eiusdem

Si superis revocare datu' ad sua corpora manes,
Supra hominu' sorte ius, opus, atq' labor
Lethaeo Urania revocabit gurgite Blucam
Urania Venetum gloria et orbis honor.

Ad Fabiu' Paulinu'
Flaminij Valerij Veronensis Canonici

Dum vitulis facis aequoreis dum debita solvis
Terrestri Adriaco littore vota Jovi.
Te superi Pauline polo sensere canentem
Piscator, numeros ac stupuere tuos.
Quis capti caelo attollunt, stellisq' nitente'
Laeti inter pisces sidera aquosa locant.
Hic per aquas tibi caelestes p' flumina Divum
Piscibus aethereis tendere rete datur.
Piscatore novo exultat decoratus olympus
Et iubare aucta isto purius astra micant.

Responsu' Paul:

Sunt fateor caelo pisces ratis unda, sed ipse
Hoc piscator inops littore rete traho.
Haec potis est tenuis caelo me educere avena
Sed tua caelesti carmine flam'a valet.

Ad Fabiū Paulinū Barth.s Zorzius Veronensis

Cum vellet pelagi domitor Neptunus Olympo
Cantorem Phoebum facta referre deum,
Te piscatorem legit tam dulce canentem
Aemulus et vatem te volet esse suum.

Responsū Paulini

Non ego Piscator Glaucus, nec numen, at illa
Si tua gustaro gramina, diuus ero.

In Effigiem Excell.mi Eustachij Rudij

Ille opifex rerum coeli regnator Olympi
Immensum vasto corpore finxit opus
Mox hominem informans, mira compendia tantae
Molis in angusta contulit apta cute.
Emulus en mentis diuinae Rudius in arte
Immensasq. medicae congerit artis opes.

Hyeronimi [illegible]

Ad Hieronymi Simum
Jo: Dominicus Salamonius

* Cum sine te praestans cedat sine corpore virtus,
Hoc tua praesentant nomina et ipsa tibi.
Si te etiam esse volunt Patres sine pellice, falsis,
Namque ut sis is, qui es, te decet esse sine.

Responsio Simi

* Ille senex sapiens vestri cognominis autor
Dicitur infamé Rex aluisse gregé.
Quis mihi non vnos facile concesserit ignes,
Dum cadit in nivеum cana pruina caput!
Argenté lascivus Amor me videt, et inquit,
Pellice dimissa quid Salamonis habes?

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE